

Quinimo postulantes qui eum ad Ecclesiam receperunt, eligendi, atque postulandi facultate fore privatos, provisione dicitur Ecclesie faciendae ad Sedem Apostolicam devoluta; & de hoc est ibi casus expressus secundum Roman. d. conf. 330. num. 21. Et idem dicendum in nominato, quia viget eadem ratio quae in electo assignatur in d. c. qualiter, videlicet quia administratione se irreverenter immiscuit, cum secundum Apostolum, Nemo debeat sibi honorem assumere, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron.

Differunt autem electio, postulatio & nominatio similiter respectu efficientis, electio quia innotuit juri communi. Unde solet sic definiti secundum Abb. sup. in rub. n. 2. videlicet, electio est alicujus personae ad praedictum, vel fraternam societatem canonicè facta vocatio: Postulatio vero etiam si unanimiter fiat, innotuit magis gratiae, quam iustitiae, ut est textus hic. Unde Hostiens. num. 12. vers. Non tam ex iustitia, festivè dicit, plus est ibi de aqua, quam de vino. Simile in c. contingit, tit. 1. §. 1. infra de sent. excommuni. Unde illam sic dedit Abb. ubi supra num. 1. videlicet, Postulatio est quaedam gratiae petitio a Superiori facta de promovendo aliquem ad praedictum, ad quam de jure communi propter defectum aliquem, vel impedimentum eligi, seu promoveri non poterat. Et propterea electio dicitur confirmari & postulatio admitti, cap. scriptam, & ibi gloss. in ver. majorem, infra tit. prox. Et quia Postulatio gratia est, Praelatus non cogitur postulatum concedere, cap. Litteras 63. dist. c. admonet, de renunc. in Authen. de Sanctiss. Episc. §. Nullus. Si tamen iusta causa exigeret, deberet compelli per Superiorem, ut illum concederet, c. nullus de iurepatr. secundum gloss. hic in ver. Gratia, & Innoc. in eod. ver. & Host. num. 15. Quamvis, ut glossa subdit, per indirectum quodammodo cogatur illum concedere, si sit idoneus, cum teneatur illi providere de consimili beneficio, c. Pastoralis, eod. tit.

Ceterum quamvis postulatio admittatur ex gratia, quia quicquid facit Papa, gratia est, ut notatur in cap. Sedes Apostolica supra, de refer. & per Hostiens. hic num. 14. tamen si concorditer fiat, infertur injuria, si superior illam non admittat, c. penult. inf. eodem, & tradit Alex. conf. 80. num. 12. vers. ad textum, lib. 1. Nominatio similiter innotuit gratiae, quia per eam supplicatur Papae, ut dignetur uni ex nominatis providere, ut patebit infra num. 68.

Differunt etiam respectu efficientis, quia nominatio potest dici etiam, quae fit per unum tantum, quae proprie non dicitur electio, secundum Host. hic in fine, vers. Vel dic quod nominationem, Joan. Andr. num. 12. vers. possit etiam dici nominatio, & Abb. num. 8. vers. Et quamquam Innocentius, exemplum patet in nominatione, quam facit Rex Franciae ad Praelaturas, ut patet in concordatis in tit. de regia ad Praelaturam nominatione faciendae, §. 1. Et seqq. ut per Rebuff. in tract. nomin. q. 1. num. 31. & dixi in c. 1. infra, tit. prox.

Secundo, differunt respectu materis primò in numero, quia nominatio fit de pluribus, cap. quid sicut, ibi: Quae facta est de tribus, dicenda videtur potius nominatio infra, de elect. cum scilicet duo, vel tres excellentiores sunt in Ecclesia, & omnes nominantur Papae, etque supplicatur, ut uni ex illis dignetur providere, cap. Archidiaconum Florentinum, 65. dist. secundum Host. hic num. 19. vers. Nominatio vero, Joan. Andr. num. 10. ver. Nominatio debet esse sollemnis, Butr. num. 48. vers. Sed hoc differt, Card. num. 9. vers. Hic etiam Innocentius, & Abbas ubi supra, Archid. in c. Quanto, num. 6. 63. dist. & in c. Nulla, de elect. lib. 6. Rebuff. in tract. nomin. qu. 1. num. 28. Postulatio vero sicuti, & electio fit de uno tantum, adeo ut si unus tantum nominetur, postulatio fit, vel quasi, non autem nominatio, & hanc praecipuam differentiam inter nominationem & postulacionem assignat hic Hostiens. numer. 21. vers. Sed haec est differentia, cum quo transeunt communiter Doctores & praesertim Joannes Andr. Butr. & alii proxime citati: & hinc est, ut nominatio fieri possit alternativè, sed postulatio non, ut hic notant Joannes Andreas & Inola in fine Gemmin. & Franc. in c. 2. de elect. in 6. Rebuff. dicta. q. 1. num. 29. & primò nominatus censetur dignior, cap. Quorundam, de elect. lib. 9. Felin. in c. Cum dilecta, num. 5. de refer. Et maior. l. 1. ff. De alio scribendo, ac magis dilectus, Rebuff. loc. cit.

Deinde differunt respectu materis in qualitate: quia electio fieri debet de digniori, ut notant omnes in cap. Constitutus, infra de appell. S. Thomas in 22. quasi. 63. articulo 2. ad tertium, Covarr. in regula Peccatum, parte 2. §. 7. numero 3. vers. Sed hoc in hunc sensum, licet sustineatur de digno capite Monasterium 16. quasi. 7. capite Cum novis infra, tit. prox. Covarr. ubi supra

Rota dicit, 69. num. 8. part. 1. in recent. postulatio verbè fit de ineligibili: non tamen criminoso seu aliis indispensabili. Dixi de ineligibili sed patiente defectum, ut extraneo, laico & illegitimo qui non eliguntur sed postulantur, §. Sed aliud & capite Officiis 61. dist. capite Innotuit, infra de elect. gloss. 2. in capite Litteras 63. dist. sic etiam Fratres Minores postulari possunt ad Ecclesiam Cathedralè vel Metropolitanam; sed non eligi, capite Quorundam de elect. in 6. Card. conf. 36. in princ. sic etiam Cardinalis vel Episcopus ad Episcopatum non eligitur; sed postulat, ut est textus hic & dictum est supra in 2. notab. num. 16. Dixi: non tamen criminoso, quia talis est impotestabilis ut in capite 1. supra eodem, ubi postulatio facta de Episcopo qui interdichum non servavit: repellitur ut indigna propter postulatam personam, quia ut inquit glossa ibi in verbo Personam: vitium fuit materis, non artificis, l. Si Servus, §. Si calicem, ff. ad legem Aquil. sed nominatio fit de excellentioribus, ut dictum est supra; & ita in hoc convenit cum electione quae fieri debet de digniori; & differt à postulacione quae fit de ineligibili. Nam dictum glossae & Innocentii hic in vers. Nominacionem, quòd nominatio Canonica dicitur quando omnes concordant: de aliquo ineligibili assumendo, recipitur ab Host. & aliis praelegatis.

Tertiò differunt respectu formae, quia electio debet esse Canonica: id est, forma Canonis servari debet quae praescribitur in Decretali, Quia propter infra de elect. Postulatio autem eam formam non requirit; sed facta est ut sit concors, ut hic dicit Hostiens. num. 18. vers. Et nota quòd electio debet esse Canonica & num. 19. Joannes Andreas num. 9. in verbo Canoniam; & idem in nominatione, cum non repugnet Jure cautum, ut supra scripta forma in ea servari debeat.

Et quamvis glossa & Innocent. ubi supra, dicant differentiam esse inter postulacionem & nominationem, quia postulatio fit cum solemnitate, ut notatur in capite In casibus, infra de elect. Nominatio vero sine solemnitate: hoc tamen non placet Hostiens. num. 21. vers. Scripsit etiam, nisi hoc intelligatur de solemnitate Decreti: quae, ut Hostiensis dicit, secundum Magistrum suum est de substantia postulacionis, ut notatur in capite Innotuit, eodem titulo; & paulò infra idem dicit in nominatione quae non requirit, nisi solemnitatem Decreti & cum opinione Hostiensis transeunt Joannes Andreas numero 12. Butr. numero 48. Abb. num. 8. & communiter Doctores.

Ultimò, differunt respectu finis, seu effectus, quia electio jus acquiritur etiam ante confirmationem, dummodo consentiat vel consentire velit, c. cum inter Canonicos, infra tit. prox. gloss. 1. in c. Quanto, 63. dist. Card. conf. 30. num. 9. & quidem acquiritur jus Praelaturae & jus administrandi, licet non exercitium Praelaturae & administrationis. Nam per confirmationem nihil novi juris acquiritur, sed tantum exercitium, c. Pastoralis, in fine, de refer. §. Ecce, 16. q. 1. electio enim facit Imperatorem, ut in c. Legimus, 23. dist. & ita concludit glossa praeleg. in dict. cap. Quanto, Goffred. in cap. 2. de translat. Episc. ubi dicit per confirmationem dari quidem potestatem administrandi, c. Nihil est cap. Transmissam de elect. sed nihil addi quòd substantiam, sive vinculum Matrimoniale, ut in d. cap. 2. nam per mutuum consensum contrahi debet spirituale Matrimonium, c. Licet, eodem tit. post quem obligatus est sponsus Ecclesiae, cap. Sicut, 7. q. 1. & sequitur Archid. in d. cap. Quanto, num. 3. vers. Unde dicit, 63. dist. ubi tandem resident in hoc, ut facta canonica electione, statim habeat electus administrationem, sed non effectum jurisdictionis, & idem dixi in cap. 1. 23. dist. super gloss. in aliis, & in addit. hoc videtur falsum, &c. subdit tamen, quòd secundum Innocent. & Host. electores numquam dicuntur transferre dominium Praelaturae, licet dent, per quod possit praelatura peti, unde electi ab electoribus non petunt praelaturam, quia eam non habent, nec etiam eam plenè dare possunt, imò ipsam praelaturam recipere videntur à confirmatore, qui eis confert plenitudinem sui officii, c. cum in cunctis, c. Transmissam, & c. Nihil est, de elect. At vero postulat jus non acquiritur ex postulacione, ut penit. infra de elec. Innocent. hic in verb. Et gratia, nisi ad eum modum, quòd dictum est supra, n. 49. Similiter & nominatio ex simpliciter nominatione nullum jus quaeritur, c. Et qui vers. Nominacionem 2. questione juxta ita ut nominantibus liceat à nominatione resilire, antequam fuerit superior praesentata, ut patet ex dictis supra numer. 51. Quòd multo magis procedit in tractatu electionis, quae fit ante scrutinium, ut cum dicitur talis esse bonus; & ex hinc enim nullum jus acquiritur nominato, cap. Quòd sicut in princ. & ibi gloss. 1. infra de elect. & post Goffred. not. Hostiens. hic num. 21. vers. Ex nulla autem, Caldeim. dicto conf. 51. aliis 5. de elect. in fine glossa prag. sanction. in §. Volens in vers. Nominacionem

Nominacionem, in tit. de collat. Ratio est, quia per talem nominationem exprimitur consensus de futuro: & est sensus, Nominatio talem, id est nominum cum eligendum, sicut etiam aliquis eligitur in postulandum, ut in cap. Post translationem de renunciat. & cap. Valentianus, 63. dist. glof. 1. in d. c. Quanto, ver. Dico quòd fit nominatio, Repost alios in tractatu nomin. quasi. 1. num. 26. ubi propterea hanc speciem nominationis appellat consultorium seu tractatoriam. Et sic obiter habet tres species nominationum ad Beneficia vacantia. Altera est consultoria quae fit ante scrutinium, de qua proxime dictum est. Altera est quae fit in

fortitio & in qua exprimitur consensus de presenti; & haec coincidit cum electione, ut dictum est supra num. 52. Tertiò demum est quae fit Papae de pluribus excellentioribus, ad hoc ut uni ex illis dignetur providere: & in hac procedunt paritates & discrimina, de quibus fuit adum est in notab. dentibus; & ita has tres species distinguit Rebuff. d. notab. 1. num. 26. Et seqq. Adverte tamen ad id quòd obiter dictum est, aliquem eligi in postulandum vel è converso; nam hodie hoc est correctum per caput unicum infra, eodem lib. 6.



DE POSTULATIONE PRAELATORUM.

Honorius III. Capitulo Calaritano.

CAPUT VI.

ET si unanimiter vota vestra concurrerint [ad Sutrin. Episcopum in Ecclesia vestra Archiepiscopum eligendum, cum suae alligatus Ecclesiae, liberum non habeat sine nostra permissione volatum: electionem de ipso factam, tanquam contra Canones minus licite attentatam, de fratrum nostrorum consilio, duximus irritandam, cum eligi nullo jure potuerit, sed potius postulari.

SUMMARIUM.

- 1. Episcopus postulandus est, non eligendus.
- 2. Favet, si nulli sit alligatus Ecclesiae, n. 3.
- 3. Concordia plena non supplet defectum modi in eligendo, nec postulandum facit eligibilem.
- 4. Electio de persona postulanda non valet.
- 5. Factum contra legis prohibitionem non valet, quamvis lex non procedat ad annullationem actus.
- 6. Cassationis causa est nullitas, & iniquitas, & cassatur de facto etiam quòd nullum est.
- 7. Postulatio est electio non valet, si quis dicat postulo & eligo, ut melius valere potest.
- 8. Episcopus si de facto eligatur ad aliam dignitatem, non debet electio per superiorem confirmari, & n. seqq.
- 9. Episcopus est Ecclesiae suae alligatus vinculo Matrimoniali, quòd dissolvi non potest nisi per Papam auctoritate divina.
- 10. Episcopus non potest electioni suae consentire, cap. Cur, & num. seqq.

- 11. Consensus postulantium non est liber, cum ab alieno arbitrio dependeat.
- 12. Postulatus si consentiat, eo ipso repellitur tanquam ambivoxus.
- 13. In Patriarcham Antiochie Maronitarum Episcopus de Naxos more illius nationis electus non confirmatur, sed è vinculo suae Ecclesiae absolvitur, & ad Ecclesiam Patriarchalem transfertur.
- 14. Patriarchatus sedibus vacantibus à Canonicis fieri non potest electio vel postulatio, quousque ad notitiam Sedis Apostolicae perducatur.
- 15. Postulatio quid sit, & in qua differat ab electione, & num. 19.
- 16. Postulari non possunt, qui propter vitium eligi prohibentur, ut criminosi. Declaratur, num. 17.
- 18. Postulandi qui sint.

ET si unanimiter. Episcopus postulandus est, non eligendus. Hoc dicit secundum Joan. Andr. Bald. & reliquos omnes. Dividitur quo ad mentem suam quatuor partes. Nam primò factum narrat. Secundo permittit unam rationem decidendi, ibi, cum suae. Tertiò, decidit, ibi, electionem. Quartò, aliam decisionis rationem subjicit, ibi, cum eligere.

Nota primò ibi: unanimiter vota vestra concurrerint. Plenam concordiam non supplet defectum modi in providendo, secundum Antonium de Butrio hic, num. 3. nam isti Canonici Calaritani, cum debuissent procedere per viam postulacionis; processerunt per viam electionis, nemine discrepante: hoc enim importat verbum unanimiter, ut capite Bone, ille 2. supra eodem; & tamen Papa irritat electionem: concordia enim unanimitas non habet tollendi defectum postulandi; ut eum faciat eligibilem, ut hic per Abbarem in secundo notab.

Secundo nota ibi, cum suae alligatus Ecclesiae: idcirco Episcopus non esse eligendum, quia est Ecclesiae suae alligatus: ex quo deducitur à contrario sensu secundum Joannem Andream hic, num. 2. Antonium de Butrio, num. 4. Anchar. num. 1. col. 2. ante med. vers. Primò ergò postulandus. Cardin. & Imol. num. 2. ut si non sit amplius alligatus Ecclesiae: pura quia renunciat Episcopatu: tunc bene possit eligi, quia cessat ratio prohibitionis: de quo dicit ut per eundem Joannem Andream in capite Ad supplicacionem, aliis post translationem super glossa 2. infra de renunciat.

Tertiò nota ibi, tanquam contra Canones minus licite attentatam. Non valere electionem de persona postulanda, ut hic per Butrium, num. 7. Quamvis enim Pontifex dicat, duximus irritandam: tamen praecedentia verba ibi, tanquam contra Canones minus licite attentatam, nec non subsequencia ibi, cum eligi nullo jure potuerit: aperte ostendunt hujusmodi electionem esse irritam ipso jure, tum quia adus geitus contra legis prohibitionem, est ipso jure nullus: quamvis Lex ulterius non procedat ad irritationem actus, ut l. Non dubium; & ibi Legibus & maxime Barc. cod. de Legibus, quae est canonizata in capite Imperiali 25. quasi. 2. Card. in 4. notab. & Imol. num. 2. vers. Nota quòd factum. Tum quia illud verbum posuerit, procedente negatione, privat potentiam & inficit actum ipso jure. Glossa ordinaria in capite Beneficium de regulis Juris, lib. 6. & scripsit plenius in capite Causam, num. 21. 30. Et sequentibus infra de elect. & dum textus dicit: duximus irritandam: exponit scilicet de facto, sicut de facto processit ad notata per Bald. in l. Hi qui ad Civilia, num. 6. & 7. cod. de appellatione, ubi dicit duplicem esse causam cassationis: id est nullitatem & iniquitatem; & cassari etiam quòd nullum est, quia cassatio ad factum refertur; vel dic irritandam: id est irritam denunciandam & est simile in capite Accedens, ille 1. junctà glossa in verbo Cassavimus, infra ut lit. non contestat: & tradit Bald. dicto numero 7. Antiqui ut vitarent periculum nullitatis, utebantur clausula de qua hic in glossa magna in fine, & per Innocent. in princ. videlicet eligo postu-

trane de consuetudine admittuntur, ut in capite *Cum*
Ecclesia Sarrina infra de causa possessionis & proprietatis.
 Quapropter postea dicitur *Rota in causa Calciaten. con-*
 17 *judicium, edita die vigesima quinta Februarii 1611.* quia
 Cathedralis Calciaten. Portionarii declarantur esse de Capitu-
 lulo dicitur Ecclesie; cum dubitatum fuerit an ipsi Portionarii
 tanquam Capitulares possint eligi in conjugatas causarum cri-
 18 *iminalium adversus Capitulares.* Ex Decreto Concilii Tri-
 dentini in d. c. 6. sess. 25. Sacra Congregatio censuit
 non posse. Verum hoc debet intelligi, dummodo Portio-
 19 *narum ex consuetudine: vel alio speciali jure sint in om-*
 nibus, & per omnia de Capitulo; secus si quoad ali-
 quos actus tantum. Ideoque cum dubitasset Episcopus Se-
 20 *guntinus, an posset solus sine adjunctis procedere contra*
 Portionarios integros, ac dimidios suae Ecclesie, si ipsi
 ex privilegio Apostolico, aut ex consuetudine vel Ec-
 21 *clesiae statuto habeant in Capitulo, vel semper, vel ut*
 plurimum vocem: Sacra Congregatio censuit non ex eo,
 quod Portionarii integri, & dimidii habeant vocem in
 Capitulo, illos Capitulares censeri debere; cum ex
 22 *Apostolico Privilegio, vel ex consuetudine, vel ex Ec-*
 clesiae statuto inter Capitulares committatur. Ideoque
 si ipsi talibus facultatibus non possint, Episcopus poterit
 23 *contra illos non cum adjunctis, sed solus procedere.*
 Similiter cum portionarii, ac dimidii portionarii Ec-
 24 *clesiae Cordubem. vocem habeant in Capitulo quoad ea*
 duntaxat, quae spectant ad impensas, redditus, & ser-
 vitiuum Ecclesiae, non autem in his, quae pertinent ad
 25 *jurisdictionem Capituli sede vacante ad nominationem officia-*
 lium, & alia plura: Quaesitum est, an Episcopus
 26 *teneatur contra ipsos cum adjunctis procedere: Sa-*
 cra Congregatio respondit si hujusmodi portionarii tam
 integri, quam dimidii non sint de consuetudine in om-
 nibus, per omnia de Capitulo, non teneat Episcopus
 27 *contra eos procedere cum adjunctis.*
 Rursum cum Portionarii Ecclesiae Abulena. pretende-
 28 *rent ad se unum cum Canonicis pertinere administrationem*
 bonorum mensis Episcopalis sede vacante, & electionem
 29 *judicium, cum quibus Episcopus adversus Capitulares*
 procedere teneatur, eo quod ex consuetudine Ecclesiae
 30 *quoad ea, quae tangunt administrationem bonorum Ec-*
 clesiae, mens Capitularibus habeantur: Sacra Congregatio
 31 *censuit in neutro debere se ingerere.*
 Et generaliter consultata, an ex decreto Concilii Tri-
 32 *dentini cap. 6. sess. 25. possit solus Episcopus sine ad-*
 junctis Capitularibus ad correctionem; & punitionem por-
 33 *tionarium procedere, eo etiam casu, quo portionarii de*
 consuetudine, aut ex privilegio Apostolico, vel Ecclesiae
 34 *statuto habeant in Capitulo, vel semper, vel ut plurimum*
 vocem, respondit hujusmodi portionarios non comprehen-
 35 *di, cap. 6. sess. 25. si solum vocem in Capitulo habeant.*
 Hae de portionariis.
 De Coadjutoribus vero Canonicorum. Cum dubitatum
 36 *fuerit, an Episcopus, qui juxta decretum Concilii cap.*
 6. sess. 25. debet procedere contra Capitulares cum ad-
 37 *junctis, teneatur idem servare volens procedere contra*
 Coadjutorem Canonici cum futura successione; Sacra Con-
 38 *gregatio censuit teneri, si ex forma Coadjutoriae colligatur*
 ipsi Coadjutori concessa fuisse omnia privilegia, quae ha-
 39 *bent Canonici. Nam Coadjutor cum futura successione non*
 dicitur Canonici, neque habet jus in Canonici, sed
 40 *ad Canonatum, Navarr. in c. Si quando de refer. & in*
 e. 2. de Hor. Canon. Unde cum non sit Canonici: non
 41 *est Capitularis; cum de jure communi Canonici tantum*
 dicantur Capitulares, d. c. Navar. & c. Quanto de his,
 42 *quae sunt a Praelat. Abb. in c. Audis n. 3. in jn. de electi.*
 Felin. in primum. decretal. Verbal. decis. 250.
 De dignitatibus in Cathedralibus, & Collegiatis idem
 43 *dicendum, quia circumscripta consuetudine, vel privilegio*
 non sunt de Capitulo, ut notatur in c. Cum olim in ver.
 44 *Dilecti sibi voce inf. de residuo. & constat ex decreto Con-*
 cilio Tridentini, in privilegio. c. 6. sessione 25. ibi. Qui vero
 non obtinent dignitates, nec sunt de Capitulo: si enim
 45 *obtinere dignitates essent de Capitulo, satis fuissent ex-*
 clusi per illa verba, nec sunt de Capitulo; nec fuisset opus
 46 *eos nominatim excludere. Quomodo autem cognoscatur*
 an plures sint in Ecclesia, ut Collegium, vel ut
 47 *singuli, Joan. Andr. & DD. remittunt adnotata in c. Di-*
 lecta de excess. Praelat. Bald. hie num. 8. dicit privatam
 48 *separatam non facere Collegium, sed publicam utilitatem,*
 & requirit ut Collegium habeat caput; seu propositum,
 licet sufficit, ut ita ordinatum sit ab initio; nam eo mor-
 49 *tuo nihil omnino est Collegium, ut per eum, de quo*
 tamen vide Innocentium in cap. cum non ignores num. 2.
 50 *infra de praesent. ubi dicit ad esse Collegium non requiri,*
 ut ibi sit Praelatus, arg. l. 1. §. 1. ff. quod cuiusque uni-
 51 *vers. nom. de eum sequitur Oldrad. conf. 128. cum ad in-*
 vestigationem num. 8. vers. Et si dicatur, licet requiratur

ad bene esse, ut per eundem Oldrad. conf. 204. Prima
 52 *questio in princip. Ex quibus signis cognoscatur, an Eccl-*
 sia sit Collegiata, vide Rotam in causa Zanorum. Canon-
 53 *icatus de Thoro, apud Cardin. Seraphin. decis. 1265. Con-*
 cluduntur ergo in Ecclesia Collegiata de jure communi, &
 cessantibus reservationibus Apostolicis, sive sit secularis,
 54 *sive regularis, Praelatum esse eligendum ab illis tantum,*
 qui sunt ibi ut Collegium. Unde dicebat Gamb. de off.
 55 *leg. num. 84. alias 817. lib. 3. Electivum naturaliter esse*
 omnem Collegiatam, intelligi respectu Praelaturae, ut hic.
 Sed de Praelatis & superioribus regularibus, dicam latius
 ut in seq. quirit.
 Posita constitutione Congregationis Somaehae a Sede
 56 *Apostolica una cum aliis ejusdem Congregationis constitu-*
 tionibus confirmata in forma communi, qua cavetur ut
 interveniente obitu alicujus praepositi, vice praepositi suc-
 57 *cedat, donec aliter fuerit provisum per Praepositum gene-*
 ralem, qui vel illum confirmabit vel alium mittet, vel
 alium ex dicto collegio nominabit, qui Vicarii nomine
 58 *insignitus ordinariam praepositi habeat autoritatem.*
 Quaezitur primo, an facultas praepositi generalis, ut su-
 59 *pra attributa adversus hunc decretum vel alios sacrorum*
 Canonum, aut Concilii Tri. decretis.
 Secundo, an eadem constitutio, quae loquitur in causa
 60 *mortis, vendicet sibi locum in casibus infirmitatis, absen-*
 tia, cessionis & consilium.
 Quod spectat ad primam questionem, est electio Prio-
 61 *ris spectat ad Conventionem ex dispositione juris communi,*
 ut hic deciditur, & in cap. 2. §. fin. de stat. Monach. &
 62 *in cap. ult. 16. quast. ult. & confirmato ad superiorem,*
 esp. Nullus 16. quast. 7. Hoc tamen procedit in Prioribus
 63 *Conventualibus habentibus populum, & autoritatem per-*
 petuae praelationis, per text. juncta gloss. in d. cap. 2. §.
 64 *fin. cujus haec sunt verba: Priores autem cum in Eccl-*
 sia Conventualibus per electionem Capitulorum canonice
 fuerint instituti, nisi per manifesta & rationabili causa
 65 *non mutentur, ubi gloss. assent. hoc esse intelligendum*
 de illis prioribus, qui instituntur perpetuo per Canonicam
 electionem Capituli & confirmationem superioris, & se-
 66 *quitur Archid. in summa 16. quast. 2. num. 6. vers. Secus*
 autem est Prioribus. Felin. in c. cum venerabilis col. 10.
 67 *v. Fallit tertio de except. & post. alios Joan. de Selva*
 benef. par. 2. quast. 22. n. 51. & propterea verbum, Pre-
 68 *latiter, hic positum exponitur ab Innocentio, & Abb. An-*
 tiq. id est Praelatus & pro Rectore, ab Hoff. & Joan.
 69 *And. unde haec decretalis & constitutio, c. Quia propter*
 infra eod. non habent locum nisi in Praelatis sive seculari-
 70 *bus, sive regularibus, per quorum obitum Ecclesia vidua-*
 tur, ut illic adnotavit gloss. in verb. Ecclesiae viduaria,
 & sic in Praelatis, qui curam habent animarum, & di-
 71 *cuntur sponi Ecclesiae, c. Sicut in anaquaque 21. quast.*
 2. gloss. ubi supra & Resolvit Rota decis. 3. num. 2. de
 72 *electi in nov. & hic non est casus nollet, ut inferius di-*
 cetur.
 Sin autem Prioratus sint obedientiarum habentes quidem
 73 *Morachos, sed non populum, tunc censentur revocabiles*
 ad nutum, Bellam. decis. 203. incip. Quilibet Prioratus
 74 *regularis: Ideoque Priores hujusmodi deputantur per Ab-*
 bates, & ad eorum libitum amoveantur. Sic probat text.
 75 *juncta gloss. in ver. Perpetuo in c. cum ad Monasterium.*
 §. Talis de statu Monach. in hac verba: Nec alicui com-
 76 *mittatur aliqua obedientia perpetuo possidentia tanquam in*
 sua sibi vita locatur, sed cum oportuerit amoveri, sine
 77 *contradictione qualibet revocatur, ubi gloss. dicit hoc esse*
 verum, quando non eligitur Canonice a Capitulo, sed
 78 *Abbas committit ei administrationem. Idem dicit gloss. in*
 d. c. 2. in ver. Non mutentur eod. tit. & Archid. in sum-
 79 *ma 16. quast. 21. num. 5. ubi ait: Circa hujusmodi Prio-*
 ratus, qui Parochianos non habent, & qui non ordinantur
 80 *per electionem Collegiorum suorum, sed Monachi tantum*
 mutant in eis & Abbates plene in eisdem obtinent tempo-
 81 *ralium, permittitur est, & observatum sicut creditur, quod*
 82 *ganantur in eis Priores, & remouantur ad mandatum Ab-*
 batis suorum, ut in Religionibus magis vigeat, & ob-
 83 *servetur obedientia; & ideo hujusmodi Prioratus proprie*
 appellantur obedientia, & ex eo quod sic praesentant non
 84 *possunt, nec debent sibi assumere autoritatem contra Pra-*
 lationis; imo cum expedierit, absque contradictione mutari
 85 *possunt; sic dicitur de praesentibus Capitulis Generalibus*
 extra de stat. Monach. c. In singulis, & infra: & ideo
 86 *in hujusmodi Prioratibus ponuntur & deputantur. Priores*
 pro voluntate suorum Abbatum, & etiam amoveantur. Hactenus
 87 *Archid. sequitur Gemini. in cap. 1. col. 3. num. 4. vers.*
 Secundo casu 21. dist. & Selva de benef. par. 2. dist. 22.
 88 *num. 46. & 50.*
 Tali autem videtur esse deputatio Vicarii, seu Vice-
 89 *Praepositi, quam facit Praepositus generalis Congregationis*
 Somaehae in locum praepositi; quia d. Vicarius non instituitur,

ut habeat praesentem illam, de qua canones loquuntur
 sed ad tempus praesent Regularibus, ac bona dicti Con-
 90 *ventus administrat; atque ita dicitur Praelatus obedientia-*
 rius, qui ponitur & amoveatur ad libitum Superioris, ex
 91 *praesentibus. Ideoque in Religionibus Ordinis Praedicatorum*
 & Minorum in locum Priorum, seu Guardianorum defun-
 92 *ctorum, vel absentium deputantur Vicarii, qui eandem*
 habent autoritatem & alio nomine Praesidentes vocantur,
 non per electionem Conventuum, sed per deputationem Pro-
 93 *vincialium, ut refert Ludovicus Miran. in Manual. Praelat.*
 tom. 2. qu. 20. art. 1. in princip. & concl. 2. & 3. &
 94 *art. 2. concl. 1.*
 Et vera sicut posse hos Vicarios instituire capitulum
 95 *generale ut per Alex. in rubr. de offic. ejus num. 14. vers.*
 Quidam constituti, & Dec. in cap. sicut il. 2. num. 9. de
 96 *off. Delegat. sic videtur posse illos deputare Praepositi*
 generalis, in quem universa Congregatio jus & potestatem
 97 *eos deputandi transtulit, l. 2. c. De off. ejus qui est, alie.*
 jad. iii: qui praepositione principali, seu veltro sedis am-
 98 *pliusdum tueri locum Rectorum provincialium noscuntur, &*
 c. In causis, §. quia vero infra eod.
 Quibus accedit, quod est eorum electio de jure ad ca-
 99 *pitulum pertinet, Canones tamen non improbant, imo*
 approbant constitutiones Religionum, secundum quas illo-
 100 *rum deputatio reservatur Abbati, seu generali Ministro: de*
 hoc est text. & ibi DD. in c. Sacrosancta infra eod. & doc-
 101 *cent Gemini in d. c. 1. col. 3. vers. 2. casu 21. dist. & Selva*
 loc. cit. num. 46. Unde satis est hoc casu, ut ex constitutio-
 102 *nibus Congregationis Somaehae usu & consuetudine in hac*
 parte approbatus deputatio Vice- Praepositi spectet ad praepo-
 103 *situm generalem; licet specialiter ipsius capituli facultate, vel*
 constitutione id generali praeposito non liceat. Ideoque cum
 104 *generalis Ordinis S. Augustini olim consulisset S. Congre-*
 gationem Concilii, an sibi liceret ex officio sui autoritate in
 aliqua domo sui Ordinis, vel Provincia Rectorem, commissarium,
 105 *vel Vicarium quibuscumque in casibus nulla fratrum elec-*
 tionem expectata constituere, ubi ita expedire iudicaret,
 praesertim cum ita ante & post Concilium consueverit; Sacra
 106 *Congregatio respondit non licere, nisi ex gravi causa & ad*
 modicum tempus.

DE ELECTIONE.

Paschalis Panormitano Archiepiscopo.

CAPUT IV.

Significasti reges & regni majores, admiratione permotos, quod pallium tibi
 107 *S* ab apocrifianis nostris, tali conditione oblatum fuerit: si Sacramentum, quod a
 nobis scriptum detuleris, exhiberes; & infra. Mirentur in hac causa Dominum
 108 *N*ostrum Jesum Christum, qui cum ovium suarum curam Petro committeret, con-
 109 *ditionem posuit, dicens: Si diligis me, pasce oves meas. Si conscientiarum factor*
 & cognitor secretorum, conditione hac usus est, nec semel tantum, sed & secundo,
 110 *& usque ad contritionem: qua nos sollicitudine oportet tantam Ecclesiae praela-*
 tionem imponere fratribus, quorum conscientias non videmus? Ajunt omne jusju-
 111 *randum in Evangelio a Domino esse prohibitum, nec ab Apostolis post Dominum,*
 nec in conciliis inveniri posse statutum. Quid est ergo quod Dominum subsequen-
 112 *ter ait: Quod amplius est, a malo est? Hoc enim amplius ut exigamus, malum*
 nos illo permittente compellit. Nonne malum est ab Ecclesiae unitate, & a Sedis
 113 *Apostolicae obedientia resilire, & contra Canonum statuta prorumpere? Quod multi*
 etiam post Sacramentum praestitum praesumpserunt; & infra. Hoc nimirum malo,
 114 *ac necessitate compellimur juramentum pro fide, pro obedientia, pro unitate re-*
 quire. Ajunt in Conciliis statutum non inveniri; quasi Romanae Ecclesiae legem
 115 *Concilia ulla praeserint: cum omnia Concilia per Romanam Ecclesiae autoritatem*
 & facta sint, & robur acceperint & in eorum statutis Romani Pontificis parenter
 116 *excipiatur autoritas; & infra. Cum igitur a Sede Apostolica vestra insignita digni-*
 tatis exigitis, quae a Beati Petri tantum corpore assumuntur, justum est, ut vos
 117 *quoque Sedi Apostolicae subjectionis debita signa solvatis, quae vos cum B. Petro,*
 tanquam membra de membro habere & Catholici capitis unitatem servare declarent.

52 Constitutiones ordinum secundum quas deputatio Vicarii pertinet ad Abbatem, approbatur a jure. 53 Generalis facultas deputandi Vicarium in locum defuncti an extendatur ad casus infirmitatis, absentia, cessio-

Ullar. Ecclesie Collegiate non debet providi de electionem Canonice faciendam per ipsum collegium, hoc dicit secundum Abbatem, cujus summarius est praxiam dicit. Sed non completitur posterioriorem partem. Unde secundum Joan. Andr. Bald. Anton. de Burr. Card. & alios dicit. Congregatio debet sibi Praelatum eligere; hoc intendit. Congregatio debet sibi Praelatum eligere; hoc intendit. Congregatio debet sibi Praelatum eligere; hoc intendit. Congregatio debet sibi Praelatum eligere; hoc intendit.

Provisio Episcopatum & altiarum dignitatum olim ad summum Pontificem tantum pertinebat, c. 1. 22. dist. c. 2. de prob. in 6. Gemin. conf. 88. Innocentius Papa VII. num. 3. Unde Eugenius IV. in decretali Epistola quam scripsit ad Archiepiscopum Cantuariensem dum Florentie praesideret in Concilio Florentino, quae incipit, non mediocri, in §. Quod verò hæc dignitas, quae incipit, sancti attestantur Patres, omnes Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales, Cathedrali, alioque dignitates Romana fundavit Ecclesia; sicutque licuit uni Ecclesie amplam & alii amplissimam, prout expedire iudicavit, tradidit potestatem: Omnes enim tanquam unius arboris rami ab una eademque radice & at diversis aquarum rivulis ab eodem fonte prodierunt, licet unus alio, copiosior, atque uberior. Quae clausula fere desumpta est ex verbis Nicolai II. in d. cap. 1. & ex verbis Cipriani in c. Loquitur Dominus 24. quæst. 1. Sed postea Romani Pontifices concesserunt ut in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis jus eligendi Praelatum esset penes capitulum, ut in c. Congregatio 16. quæst. ult. & in hac Decretali. In aliis vero Ecclesiis non collegiatis fuit tributa potestas presentandi Patrona & Episcopo jus influendi, si Ecclesia sit Patronata, c. à nobis de jurepatr. cap. Decretum 16. quæst. 7. Si vero Ecclesia Patronum non habeat, statutum est ut Episcopus provideat et de Praelato, cum omnes Ecclesie Diocesis in potestate ejus sint constituta, c. Omnes Episcopi 16. quæst. 7. Et notat hic Compothell. & Joan. Andr. de de prædicta origine vide bonam gloss. in c. quinquaginta, in ver. De voluntate, vers. Ut igitur scias juris originem, de prob. lib. 6. Abb. hic num. 1. & in c. cum Ecclesia Ulterana num. 8. infr. eod. Joan. de Selvo. de beneficiis 3. par. 4. 22. 3. c. 3. c. 3. & Burlat. conf. 126. à num. 8. lib. 2.

Sed postea supervenerunt regulæ Cancellarie, quam summi Pontifices in crathium assumptionis suæ facere solent suo tempore duraturas, quibus fere sublata est hujus Decretalis dispositio, præsertim in Italia, & in Hispania, adeo ut multi affirmaverint titulum electionis hodie recessisse ab aula, ut Lambert. de jure patr. 1. par. 2. lib. quæst. 6. art. 20. num. 6. in fine. Quintil. Mandol. in regula 2. Cancell. in præfatione alias quæst. 1. num. 3. & Moderni in tract. de benef. par. 4. cap. 1. num. 11. nam præter reservationem Cathedralium & Monasteriorum clausas in corpore juris, de quibus in Extravag. Ad regimen, de prob. in 2. regula. Papa sibi reservat generaliter omnes Ecclesias Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, Episcopales, necnon omnia Monasteria vitorum, valorem annuum ducentorum florenorum communiti estimatione excedentia, & de his Papa consistorialiter provideat. Lap. allegat. 73. num. 11. vers. Item de illis de Cathedralibus patet ex decreto Concilii Tridentini in cap. 1. sess. 24. ubi præscribitur quanta cum cautela, & maturitate in Consistorio sit formandum iudicium in promovendis Episcopis.

Quæ quidem Consistorialis provisio habet vim electionis, & confirmationis, ut not. gloss. in c. 1. in ver. Provisorem, inf. eodem. lib. 6. & Ripa in c. Eam te num. 11. de refer. & latius dicam infra, in primo notab. Similiter in 3. regula Papa generaliter reservat dispositioni suæ omnes dignitates majores post Pontificalem in Cathedralibus valorem decem florenorum auri excedentes; declarat dignitates, quæ in Cathedralibus post Pontificalem non majores existunt, & quæ ex Apostolice Sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut consuetudine præscripta, vel alias quovis modo in Collegiatis Ecclesiis principalem preeminentiam habent, sub reservatione prædicta comprehendunt. Amplius Papa in eadem regula sibi reservat Prioratus, preposituras & alias dignitates conventuales & preceptorias ordinum quorumcumque, non tamen militarium. Per hujusmodi autem Apostolicas reservationes in Italia ad nihilum redactum est jus eligendi Praelatum, quod habent capitula in Cathedralibus & Col-

legiatis Ecclesiis, ut hic not. Dec. num. 16. & seqq. Aneas de Falc. de refero. in 1. prælat. & Quintil. Mandol. loc. cit. Dixi in Italia, quia capitulis Germanicæ saltem manet jus eligendi juxta concordata, de quibus in constitutione Nicolai V. quæ incipit, ad sacram Petri Sedem, editam anno 1447. Lat. Aprilis, in Bullar. tom. 1. pag. 305. Quibus quidem concordatis non obstant reservationes in corpore juris non insertæ: ut ex facto respondit Gemin. in cons. 36. casus talis est, per tot.

In Gallia verò ex concordatis initis inter Leonem Decimum & Franciscum primum statutum est, ut Cathedralibus & Metropolitanis Ecclesiis vacantibus, illarum capitula & Canonici ad electionem, seu postulationem futuri Praelati procedere non possint, sed Rex Francie nominet infra sex menses à die vacationis personam habentem qualitates ibi præscriptas & Papa de sic nominato provideat. Et in Monasteriis & Prioratibus conventualibus & verè electivis, videlicet in quorum electionibus forma, c. Quia propter, servari, & confirmationes electionum hujusmodi peti consueverunt in dicto regno vacantibus, illorum conventus ad electionem, seu postulationem Abbatis, seu Prioris itidem procedere non possint; sed Rex, reigiosum ejusmodi ordinis infra idem tempus nominet, & Papa provideat, sed & Prioratus personæ, ad illum per Regem nominatæ conferri debeant, & electiones, confirmationes, & provisiones contra præmissa irritæ decernantur, Per præmissa tamen declaratur non præjudicari Capitulis Ecclesiarum, Conventibus Monasteriorum, & Prioratuum hujusmodi privilegia à Sede Apostolica propria eligendi Praelatum obtinentium, quominus ad electionem Episcoporum, Abbatum, & Priorum juxta privilegia eis concessa libere procedere possint, dummodo de privilegio sui concessis per litteras Apostolicas, seu alias scripturas authenticas docuerint, omni alia specie probationis eis in hoc adempta, ut latius constat ex sess. 11. Concilii Lateranensis. Novissimi rom. 4. Concil. par. 2. pag. 114. & seqq.

Et ex his apparet erroneum esse quod scripsit Ferrer. concil. 305. Episcopatus habent institutionem, num. 6. ubi temere carpens regulas reservatorias Ecclesiarum Cathedralium, Monasteriorum dixit vim electionum in Capitulis Ecclesiarum ordinariam fuisse de jure divino. Imò enim hoc jus derivatum est in Capitula non ex necessitate, sed ex mera indulgentia, & humilitate Romanorum Pontificum, ut initio diximus, & bene explicat Rebuff. tit. de elect. derog. in princ. & novissimi Card. Bellam. tom. 1. contro. §. lib. 1. c. 8. & 2. tom. Contro. 2. lib. 1. c. 8. & Moderni in tract. de benef. par. 5. c. 4. n. 7.

Quibus præcognitis, Nota primò in Ecclesiis Collegiatis nullum inferiorem à Papa præferre posse praelatum, sed debere fieri electionem per illos de Collegio, & per Superiorem confirmari, c. Transmissum, & c. Nihil infr. eod. Nam pondera litteram ibi, si verò aliter, quæ omnem aliam potestatem excludit, ut per Abb. hic n. 1. Unde in cap. penult. de off. leg. lib. 6. inhihetur legatis ne Cathedralibus, aut Collegiatis Ecclesiis, vel ipsarum Cathedralium dignitates electivas majores post Pontificalem conferant, aut sibi referent, & contra hoc factum irritum decernitur. Regula tamen hujus textus procedit, nisi aliter in fundatione ipsius Ecclesie extiterit ordinatum, vel de consuetudine aliud obtineat secundum Innoc. in ver. In Congregatione, & Joan. Andr. in fin. Papa verò ob supremam ejus auctoritatem etiam de beneficiis electivis provideat potest. Cardin. in cons. 103. Divisione præmissa in princ. quem referet, & sequitur hic Dec. n. 2.

An autem requiratur, ut in litteris Apostolicis ad beneficia fiat specialis mentio Ecclesie Collegiatae dic, aut in litteris certi modi exprimantur, & dignitates electivæ non includuntur non facta de illis speciali mentione. Ita procedit text. in c. Cùm in illis, §. Illis, in fin. de prob. in 6. ubi si Papa mandat alicui providei de beneficiis, vel dignitatibus ad collationem, Provisionem presentationem, vel dispositionem quorumcumque, non comprehenduntur beneficia electiva Abb. conf. 38. In questione qua ad præsentem vertitur, col. 3. sub. n. 2. vers. Quarto fasset attendari, lib. 2. Ratio est, quia cum litteræ ad beneficia obtinenda sint ambiciose, debent frictè intelligi, ut in c. quavis, de prob. lib. 6. & propterea uno modo expressio, non venit utilis, ut per Abb. loco citato.

Aut nullus modus in litteris exprimitur, sed simpliciter mandat providei de beneficio vacaturo, & tunc in mandato

dato includitur etiam beneficium electivum, ut tenet gloss. in Clem. 1. §. 1. in ver. Quavis, in fin. de prob. cum quo tandem ibi refert Card. in 5. quæst. Gemin. in d. §. Illis, col. in fin. vers. Quid si in litteris, ubi allegat decis. Rotæ quæ est n. in tit. de prob. in Nov.

Sed hoc secundum membrum distinctionis impugnat hic Dec. n. 4. quia textus in d. §. Illis, non exprimit certos modos, sed utitur verba ad provisionem, vel dispositionem, quæ generalia sunt, ut de Provisione notat gloss. in Clem. fin. hoc tit. & in cap. 1. in gloss. 3. eod. in 6. dum dicit provisionem habere vim electionis, & confirmationis. Et de dispositione ex text. in c. 2. in princ. de prob. in 6. & tamen in gratia concepta prædictis verbis generalibus non includitur modus provideendi per electionem. Ex quo conjici potest de electione fieri debere speciale mentionem, nec sufficere mandatum verbi generalibus conceptum, quia ubi aliquid specialiter exprimi debet, generalia verba non sufficiunt, c. Qui ad agenda, de Procuratoribus in 6. Ad quod videtur exprimi in d. Clementi 1. in fin. ibi: Nullam sic electionem fecerimus mentionem, & ratio est potest secundum eum, quia sub tali generalitate superior non intendit inferre præjudicium pluribus, qui jus eligendi habent, ac propterea necessaria est mentio specialis.

Verum his non obstantibus non videtur recedendum à communi intellectu ad d. §. Illis, nam provisionis & dispositionis verba, quamvis in materia favorabili, & late interpretanda extendi possint ad omnem modum provideendi, & disponendi & sic etiam ad electionem; tamen in litteris ad beneficia vacatura, quæ sunt odiose & restringendæ, ut superius dictum est, electionem non includunt, ut patet in d. §. Illis & est casus in d. Clem. 1. de proben. ubi litteræ gratiosæ ad dignitatem pertinentem ad provisionem, & dispositionem quorumcumque non comprehendunt dignitatem electivam. Et propterea secundum Joan. Andr. in d. §. Cùm in illis col. 3. vers. Dispositio de prob. in 6. quamvis dispositionis verbum sit generale, & sonet idem quod ordinatio, cap. Cùm tibi infra de res. cum aliam per eum allegatis. Et ideo hoc verbum postum in d. §. Illis, videtur includere electionem, ut aliud adderet præcedentibus verbis, ad collationem, provisionem & presentationem: nihilominus litteræ gratiosæ ad dignitatem non includit electivam, etiam si dictum sit in litteris ad dignitatem, pertinentem ad quamlibet, seu quamvis dispositionem quorumcumque, ut est expressum in d. Clem. 1. atque ita dicit Joan. Andr. se confuisse.

Neque obstat gloss. in d. Clem. fin. de elect. quia tantum dicit provisionem verbum esse factum, ita ut comprehendat nominationem, postulationem, presentationem, & collationem, sed non dicit comprehendere electionem saltem in materia ambiciose, & frictè intelligenda. Item non obstat quod provisio habeat vim electionis & confirmationis; quia etiam collocatio habet eandem vim, ut tradit Joan. Andr. loc. cit. & tamen admittuntur omnes collationis appellatione non venire electionem. Provisio autem, & collatio sunt synonyma, cap. Dudum post princip. cap. Cui de non Sacerdotali 1. & 2. respon. cap. Et cas. & cap. Si si cui in fin. de prob. lib. 6. & notat Joan. Andr. in cap. Cùm in illis in princ. in ver. Collationem. Propterea autem provisio dicitur habere vim electionis & confirmationis, quia provisor, & collator absque alterius factio confert, cap. Si tibi abenti 1. & 2. respon. de prob. in 6. Non ita electores, quia expectant factum superioris confirmantis, ut declarat ibidem Joan. Andr. Sed hinc non sequitur, ut modus provisionis sit generalis etiam ad electionem. Non obstat ponderatio quam facit Decius de dicta Clem. in ultimis verbis, quia idcirco textus ibi se fundat in eo, quod de dignitate electiva nullam fecit mentionem: quia in litteris fuerunt expressi certi modi, ut patet ibi, ad quoscumque collationem, provisionem, seu quamvis dispositionem, qui quidem modi dicuntur certi, & saltem in materia odiosa vim electionem non includunt, ut ostensum est supra. Unde non mirum si de electione debuit fieri specialis mentio, & sic ille textus concordat per omnia cum communi intellectu ad d. §. Illis. Nec refragat text. in d. cap. 2. de proben. quia non probat dispositionis verbum esse ita generale, ut comprehendat electionem, sed tantum ut includit non solum collationem, sed etiam gratiam de vacatura.

Demum non obstat motum præjudicii, quod inferitur pluribus electoribus; quoniam constat de intentione Papæ volentis præjudicare inferioribus per mandatum de providei: majus autem est præjudicium, quod inferitur provisoris, seu collatoris, quam illud quod inferitur electoribus; quia per provisionem, seu collationem confertur plenum jus provisio, sed electus ante confirmationem administrare non potest, cap. 3. & cap. Nostri infra eodem cum concord. Unde si Papa per gratiam simpliciter conceptam

ad vacatura præjudicat collatoribus; nulla subest ratio cur non etiam præjudicet electoribus, fiat igitur communis distinctio, quod aut certi modi in litteris sunt expressi, & non venit electio. Aut non sunt expressi: & includuntur etiam dignitates electivæ. Eodem modo distinguitur in reservationibus, ut per Aneas de Falc. in tract. de refero. quæst. 3. num. 21. & Moderni in tractat. de benef. par. 5. cap. 1. num. 122.

Nota secundo, ex illis verbis: Ubi duo, vel tres in Congregatione fuerint, duos facere Congregationem, tres verò Collegium, l. Neratius, ff. De verbo. significatio. ne, secundum gloss. Innoc. & ceteros hic, & notat Specul. in tit. de nov. crimin. §. unie. vers. Ad hæc, & Bart. in l. Praetor la 2. in princ. num. 2. & 3. ff. De vi honorum rapr. ubi etiam habes quot homines faciant turbam, quot cœterum, quot multitudinem, quot universitatem, quot populum, quot gentem. Dixi in cap. Responsio inf. de sent. excomm. Adverte tamen, quia secundum Bald. hic num. 4. aut loquimur de Congregatione Collegiali, aut de simplici; primo casu idem est Congregatio, & Collegium; secundo casu nomen Congregationis est magis generale, quam nomen Collegii, quia Collegium est univervo sumitur, & alicui certo nomini est subiectum, l. Rem mixtura, ff. De usu cap. & loco unius personæ habetur, l. Mortui ff. De fidejuss. l. Mortui, §. Animadvertisendum, ff. Quod metus causa. Sumitur quintò Collegium, & Congregatio ex pluribus differentiibus numero, sed Collegio attribuitur ex intellectu significatio complexiva, quæ ex univervo sumitur, non tam vocem, quam significatio. l. Si is qui euenta, §. Utram, ff. De reb. & l. Quod major, ff. Ad mancipi.

Quod autem superius dictum est, tres saltem requiri ad faciendum Collegium: verum est ab initio; sed postea jus Collegii etiam in uno retinetur, l. Sicut, §. ultimus, ff. Quod casusque universitatis nomine; & notant hic gloss. prima, Innoc. Joannes Andreas, Baldus & omnes.

Tertio nota idem verbum, in Congregatione fuerint, ad hoc ut Clerici in Ecclesia Beneficiati habeant jus eligendi Praelatum: oportere ut ibi sint ut Collegium; nec fatiscera ut generaliter sint in ea Beneficiati, eypite Dilecta cum glossa prima de excess. Praelat. Non enim sequitur in tali Ecclesia sunt plures Clerici seu Beneficiati, ergo ibi Collegium, ut notat Innoc. in capite Postulasti de jure Patronatus. Archiepiscopi, in capite Monasterium 16. quæstione 7. Abbas in capite Bone memoria, ille 1. num. 2. in prima notab. supra titulo proximo; & tradit hic Antonius de Butrio, Cardinalis, Abbas, Decius & alii communiter. Et propterea si in eadem Ecclesia sint diverfium generum Beneficiati: puta aliqui sint Canonici, aliqui Capellani, aliqui Assili, ut in Antiochena Ecclesia, capite penultimo, infra de Clericis non residentibus. Alii Portionarii & similes, ut in Burginnem. Palatin. Ecclesia; & in Ecclesiis Hispaniarum, Portionarii vel similes non sunt vocandi, ut determinat hic Compothell. num. 4. dicens Curiam Romanam tenere, quod soli Canonici sunt vocandi; & soli Canonici faciunt Capitulum, qui unum Corpus constitunt, capite Nosti de his qua sunt à Praelatis; & cum referet & sequitur hic Joannes Andreas num. 11. Hinc cum Portionarii Ecclesie Segobiens. qui non interveniunt in actibus Capitalibus, exceptis quibusdam diebus in quibus conveniunt ut participent certas distributiones illis diebus assignatas; perissent declarari à Sacra Congregatione Concilii, an dicerentur de Capitulo; adeo ut contra eos Episcopus cum adiunctis procedere teneretur ad præscriptum, capite 6. sessione 25. Concilii Tridentini: Sacra Congregatio censuit non dici esse de Capitulo hujusmodi Portionarios. Idemque respondit de Portionariis Ecclesie Conehem. qui participes mensæ Capitalis ingrediuntur Capitulum ad consentiendum vel contradicendum in negotiis ad Ecclesie rem & bona pertinentibus.

Uterius proposito dubio, an appellatione eorum qui non sunt Dignitates nec de Capitulo: comprehendantur non solum ii qui sunt extra Cathedralibus vel Collegiatis Ecclesiis; sed etiam qui in eisdem Ecclesiis Officia vel simplicia Beneficia Ecclesiastica obtinent; & prædictis Ecclesiis aut Capitulis in Divinis seu aliis Ministeriis famulantur; sive sub Capitulis, sive extra illa degant: ita ut omnes in causis Ecclesiasticis Episcopo subiciantur liberè & absolute, absque eo quod contra ipsos cum adiunctis procedendum sit: Sacra Congregatio censuit, ex quo capite 6. sessione 25. subijcitur Episcopo eos qui non obtinent Dignitates nec sunt de Capitulo; isti autem neque Dignitates habent neque Capitalitates sunt; sed tantum Capitulo famulantur aut sub Capitulo degunt comprehendendi illos, d. c. 6. vers. Quia verò, cum aliud sit esse de Capitulo, aliud sub Capitulo.

Quod tamen verum est, nisi aliud obtineat de consuetudine, ut in Ecclesiis Legionen. & Overem. ut declarat Compothell. eodem numero 4. Nam quandoque penitus ex-

landum, & postulo eligendum, vel eligo & postulo, ut melius valere possit: sed hanc practica hodie reprobatur in cap. 1. infra eod. lib. 6.

Quarto, nota Episcopum non esse eligendum ad aliam dignitatem, sed postulandum; & si de facto eligatur, non debere per superiorem confirmari; & ita hic est casus secundum Bald. in princip. Rationem habes in littera, quia Episcopus est Ecclesie suae alligatus, scilicet nexibus praecceptorum, cap. Nisi cum pridem, in fin. de renunciat. Hostiens. hic in princip. in verb. Alligatus. Vel secundum glossam exponere verbum; alligatus, scilicet vinculo matrimoniali, ut c. Inter corporalia, vers. Sicut autem infra de translat. Episcop. Quod quidem vinculum dissolvi non potest, nisi auctoritate divina, id est auctoritate illius, quem conitatur esse Vicarium Iesu Christi, d. c. inter corporalia, gloss. hie post. princip. & Bald. num. 1. Non enim homo, sed Deus separat, quos Romanus Pontifex, qui non pari hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris, Ecclesiarum necessitate vel utilitate pensata, non humana, sed divina potius auctoritate dissolvit. Quae sunt verba text. in cap. Quanto de translat. Episcop. & ideo sequitur hic in littera, non habeat sine nostra permissione volatum. Quare cum Episcopus non possit suae electioni consentire, consequens est, ut nec possit eligi, sed bene postulari a Papa, c. Bona memoria, il. 1. in princip. supra eodem, & in hoc magna est vis secundum Abb. Antiqua hic num. 2. Nam cum quis dicit, eligo te, idem est ac si diceret, Ego consentio in te tanquam in sponsum vel Praelatum, quod esse non potest, quia alteri matrimonialiter copulatus eo vinculo perdurante in aliam Ecclesiam nisi adulterine consentire non potest, cap. Sicut vir, 7. quast. 1. Unde delinquit Ecclesia, quae in talem consentit, ut in sponsum vel Praelatum; & ideo non debet eligi, ut hic. At ubi quis consentit postulando, non in eum tanquam in sponsum consentit, sed in voluntate superioris rem totam & consensum suum ponit; & ita eius consensus liber non est, cum ab alieno arbitrio non habito, sed habendo dependeat, c. Saper eo, & cap. per tuas, infra de condit. appost. Postulatus vero si consentiat hoc ipso tanquam ambigebat casatur in Curia, ut attestatur Host. hic in princip. in verb. volatum, & Joan. Andr. num. 2. in eod. verb. Itaque iure optimo constitutum est, ut Episcopus sit postulandus, non autem eligendus, nec eius electio confirmanda.

Et ex his cum actum fuerit in S. Congregatione rerum consistorialium, an sit confirmanda electio de persona R. P. D. Joannis à Sapa, Episcopi de Nauca, in Patriarchiam Antiochenam nationis Maronitarum ab Archiepiscopo, Episcopo, & clero facta more illius gentis, & secundum antiquos Canones, ut c. Qui Episcopus, §. cum in hie 34. dist. c. 1. 63. dist. cum similibus. Die 6. Augusti 1649. Sacra Congregatio censuit non esse locum confirmationi, sed Episcopum posse per Sanctissimum absolvi à vinculo Ecclesiae de Nauca, quo tenetur & transferri ad Ecclesiam Patriarchalem Antiochie Maronitarum, ita à Sanctitatis suae praecedentibus pluries factum fuit.

Adde quod Benedictus XI. in extravag. Sancta Romana de elect. considerans civitates omnes quatuor Patriarchalium sedium, nempe Constantinopolitanae, Alexandrinae, Antiochenae, & Hierosolymitanae aut esse destructas, aut occupatas ab infidelibus, vel à schismatis detinenti,

ipsum Capitulum, seu Canonicis dispersis, statuit ne quaedam civitates ipse schismaticorum, aut infidelium subissent, aut suberunt ditioni, aut detineantur per eos, Canonici dictarum Patriarchalium sedium, cum earum aliquam vacare contingeret, ad electionem, postulationem, seu quavis provisionem deferrendo sibi Patriarcha nullo modo procedant, quousque ad Apostolicae Sedis notitiam perducatur, decernens irritum, & inane si fecerit factum fuerit, licet illa extravagans à quibusdam intelligatur de Patriarchis Latinis, non autem de Graecis.

Ultimo nota, ex sine text. aliud esse postulationem, aliud electionem: nam postulatio est quaedam gratia petitiò à superiore facta de promovendo aliquem ad Praelationem, ad quam de Jure Communi propter defectum aliquem, vel impedimentum eligi, seu promoveri non poterat, ut definit Abb. supra in rubrica num. 1. vel secundum Hostiens. hic num. 3. Postulatio est alicujus personae, quae eligi prohibetur, non propter vitium, sed propter defectum, ad eligendum, vel promovendum concors petitiò. Et ex hoc patet, criminiosum postulari non debere, cum propter vitium eligi prohibetur, cap. 1. §. Nos igitur supra eodem, & c. 1. Cum in cunctis, §. 1. ibi: Qui etiam vita, & c. infra, de elect. Hostiens. hic d. num. 3. Butr. num. 16. Imol. num. 4. & alii committunt, & idem Hostiens. in dicto cap. 1. num. 10. licet ibi Innocent. contrarium sentierit; unde sicut perjurus, inobediens, incontinens eligi prohibetur, ut cap. Querelam, infra de iurjur. c. Ut leviorum, de vita & honest. clericor. cap. Datum: & cap. Cum in cunctis, de elect. ita & postulari ut in dicto cap. 1. & supra eodem, & cap. Scriptum, infra de election. sed quando non propter vitium, sed propter defectum prohibetur eligi, tunc postulari, veluti si patiat defectum ordinis, quia laicus est, vel sit in minoribus ordinibus constitutus, cap. Amultis, infra de etate, & qualitas, vel si patiat defectum natalium, cap. Innocentius, infra de elect., vel etatis, ut cap. Cum nobis olim eod. tit. vel defectum consensu, quia Episcopus est, ut hic & in cap. Bona 1. & 2. supra eodem, & idem in aliis sicut sunt servi, liberi, filii familias, adscriptitii obligati ex publica administratione, bigami, corpore vitati, Chirurgi, Medici, infames, publici penitentes; & alii plurimi, de quibus hic latissime per Innocent. à num. 1. usque in fin. & Petr. de Anchar. num. 1. col. 2. vers. Quasi tur hic committunt, licet permisceant etiam criminiosos, qui ut praediximus, sicut sunt propter vitium ineligiblees, ita & impossitabiles, ut homicida, nisi specialissima gratia secundum Imol. hic numer. 4. post med. vers. Et per hoc potest apparere. & dummodo penitentiam egerint, ut per Anchar. col. 3. in princip. vers. Et omnes praedicti sunt postulandi, si egerint penitentiam. Circa hoc tamen vide distinctionem Antonii de Butrio num. 16. Electio vero est alicujus personae ad Praelationem; vel fraternam societatem canonicè facta vocatio, secundum Abbatem supra in rubrica num. 2. Atque ita electio innititur Juri Communi postulatio autem gratia, Butr. hic num. 9. In quibus autem conveniant electio, postulatio & nominatio, postulatissime in cap. Bona, il. 2. supra eodem, à numer. 39. usque ad num. 57. & in quibus differant, à 57. usque ad num. 79.



DE ELECTIONIBUS.

Lucius Papa.

CAPUT I.

Nullus in Ecclesia ubi duo vel tres fuerint in Congregatione, nisi eorum electione Canonica, Presbiter eligatur: & infra. Si vero aliter quis Ecclesiam adeptus fuerit: eò quod per cupiditatem illam acquirerit, atque contra Canonicae regulae disciplinam egerit, expellatur.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia Collegiata non debet provideri de Praelato per collationem, seu provisionem, sed per electionem Collegii.
- 2 Episcopatum provisio olim ad Param tantum pertinebat.
- 3 Dignitates omnes originaliter Romanae fundavit Ecclesia, & num. 6.
- 4 Electio Praelati in Cathedralibus & collegiatis Ecclesiis tributa fuit capitulis ex indulgentia Romani Pontificis & num. 13.
- 5 Patronus in collegiatis Ecclesiis de jure patronatus praesentat Praelatum & Episcopum instituit.
- 6 Ecclesiae omnes Divites in potestate Episcopi sunt constitutae.
- 7 Cathedrales Ecclesiae & monasteria excedentia valorem ducentorum ducatorum auri sunt Papa reservata per secundam regulam cancellariae.
- 8 Papa de quibus beneficiis consistorialiter provideat.
- 9 Dignitates majores post Pontificatum in Cathedralibus & primis in collegiatis Ecclesiis reservantur in tertia regula.
- 10 Dignitates item conventuales & praetoriae generales, non tamen militares. Reservantibus Apostolicis sublatum est jus eligendi Praelatum, quod habent capitula de jure communi, ibid.
- 11 Concordatarii Germaniae non habent reservationes non insertas in corpore juris. Electiones & postulationes in Cathedralibus & monasteriis quatenus sublatae fuerint in Gallia ex concordatariis, ibidem vers. In Gallia vero.
- 12 Eligendi jus, quod habent capitula Ecclesiarum, non est de jure divino aut male affirmat ferre.
- 13 Ecclesia collegiata nemo inferior à Papa potest Praelatum praesentare, sed debet fieri electio per illos de collegio.
- 14 Legatus Cathedralis regularis aut collegiatis Ecclesiis, vel Cathedralium dignitates electivas majores post Pontificalem conferre, aut sibi reservare non potest.
- 15 Praelati provisio in collegiata potest pertinere ad alium, quam ad capitulum ex fundatione, vel consuetudine.
- 16 Papa providere potest etiam de beneficiis electivis.
- 17 Beneficia electiva non comprehenduntur in mandato de providendo, si certi modi sint expressi. Secus si Papa simpliciter mandat provideri de beneficio vocatur, num. 20.
- 18 Litterae ad beneficia vacatura sunt ambiciose & strictè intelligendae.
- 19 Provisio habet vim electionis & confirmationis.
- 20 Dispositionis verbum generale est & idem sonat quod ordinatio.
- 21 Dignitas electiva non comprehenditur in gratia ad dignitatem pertinentem ad quamlibet dispositionem quovismodi.
- 22 Provisionis verbum comprehendit nominationem, postulationem, presentationem & collationem; sed non electionem.
- 23 Collatio cui habet vim electionis & confirmationis.
- 24 Provisio & collatio sunt synonymae.
- 25 Congregationem quot homines faciant & quot collegium.
- 26 Congregatio quotuplex sit & an differat à collegio.
- 27 Collegium ex universo sumitur & loco unius personae habetur.
- 28 Jus collegii etiam in uno retinetur.
- 29 Electio Praelati non competit beneficiis Ecclesiae collegiatae nisi sint ibi ut collegium.
- 30 Canonici tantum de jure communi habent eligendi Praelatum, non autem portonarios.
- 31 Canonici solum de jure faciunt capitulum & num. 42.
- 32 Portonarii Segobien. qui aliquibus tantum diebus intersunt actibus capitalibus, ex sententia S. Congregationis non sunt de capitulo.
- 33 Idem responsum de portonariis Conchen. qui ingrediuntur capitulum pro negotiis ad Ecclesiam rem & bona pertinentibus.
- 34 De capitulo esse possunt ex consuetudine etiam penitus extranei.
- 35 Portonarii Caleraten. qui à Rota declarati sunt esse de capitulo, possunt eligi in judicibus contra capitulares.
- 36 Portonarii non possunt eligi ex Concilio Tridentino in judicibus capitalibus, nisi ex consuetudine, privilegio, aut statuto Ecclesiae sint in omnibus & per omnia de capitulo.
- 37 Portonarii & dimidiis portonarii Seguntin. Corduben. & Abulen. declarantur propterea non esse capitalares.
- 38 Episcopus solus potest sine adjunctis procedere contra portonarios, licet ex consuetudine, privilegio vel statuto habeant in capitulo semper, vel ut plurimum vocem.
- 39 Coadjutor Canonici cum futura successione potest nominari ab Episcopo sine adjunctis capitalibus, nisi in litteris coadjutoriae concessa ei fuerint omnia privilegia quae habent Canonici.
- 40 Coadjutor Canonici cum futura successione non est Canonici, nec copularis.
- 41 Dignitates obtinentes in Cathedrali Ecclesia de jure communi non sunt de capitulo.
- 42 Collegium non facit societas privata, sed publica autoritas.
- 43 Collegiata omnis naturaliter electiva est respectu Praelati.
- 44 Generalis praepositi facultas deputandi Vicarium in locum alicujus praepositi dyanchi an advegetur sacrorum Canonum & Concilii Tridentini decretis, usque ad num. 53.
- 45 Electio Prioris de jure spectat ad conventum, Confirmatio ad Superiorem.
- 46 Priores obedientiarum deputantur per Abbatem & ad ejus nutum sunt amovibiles.
- 47 Vice-praepositi, seu Vicarii deputati à praeposito Generali an possint ad ejus nutum amoveri.
- 48 Vicarii, seu praesidentes in locum Priorum, seu Guardianorum defunctorum, vel absentium de jure non eliguntur à capitulo, sed deputantur à Provincialibus.
- 49 Capitulum Generale sicut potest Vicarios eligere, sic potestatem eos deputandi potest in Generalem transferre.

SUMMARIUM.

- 1. **P**allium à Sede Apostolica non traditur electo in Archiepiscopum, nisi prius præstet fidelitatis & obedientie iuramentum.
- 2. Reges plures in uno regno esse possunt.
- 3. Pallium tradi potest per nuncium.
- 4. Apocriphus qui sint, ibid.
- 5. Iuramentum exigere potest per Nuncium, seu Procuratorem.
- 6. Omnis Christi actus nostra est instructio.
- 7. Papa non gerit vicem Dei in conscientia cognoscendis.
- 8. Pallii traditione confertur plenitudo Pontificalis officii.
- 9. Jurare in quibus casibus liceat.
- 10. Papa est supra Concilium, quod latissimi probatur usque in finem.
- 11. Concilia non confringunt Papam; sed confringuntur ab ipso & num. seqq.
- 12. Papa sententia standum est si contradicatur Ecclesie, vel Concilio etiam in materia dogmatica.
- 13. Intellectus c. licet 15. dist.
- 14. Potestas ligandi, seu legem imponendi non potest esse nisi superioris.
- 15. Concilia omnia per Romanam Ecclesiam auctoritatem facta sunt & robora acceptant.
- 16. Concilium non dicitur; sed conciliabulum, seu conventicula, quod sine auctoritate Romani Pontificis celebratur.
- 17. Concilium legitime congregatum post dissolutionem remanet archiepiscopus & schismaticum.
- 18. Basiliense Concilium post translationem non Synodus Ecclesie, sed synodus & ministrorum ejus synagoga appellatur.
- 19. Auctoritas non est nisi superioris.
- 20. Causa principalis semper est potior effecta.
- 21. Concilia non dederunt primatum Romanæ Ecclesie, sed datum immediatè à Domino explicarunt.
- 22. Constantiensis Concilii Canon de potestate Concilii in Romanum Pontificem expenditur.
- 23. Constantiensis Concilii decreta quæ ad fidem pertinent, duntaxat à Martino V. confirmata fuerunt.
- 24. Constantiense Concilium qualiter dici possit habuisse immediatè potestatem à Christo.
- 25. Basiliense Concilium à Leone X. in Concilio Lateranensi appellatur conciliabulum, præsertim post translationem.
- 26. Dicitur, præsertim, quid importet.
- 27. Basiliense Concilii constitutiones quæ fuerint à Nicolao V. approbata, aut improbata.
- 28. Papa primatus in Concilio nititur principis juris naturalis & divini & num. seqq.
- 29. Ordo potestatis est, ut inferiora à superioribus gubernentur & ad unum tandem redigantur.
- 30. Petrus quando & per quæ verba fuerit constitutus primus Christi Vicarius & Papa.
- 31. Petram non modo pascentis; sed etiam regendi & gubernandi universalem Ecclesiam potestatis amplitudinem habuisse desunt Concilium Florentinum.
- 32. Papa ab ipso canonice eligitur à sacro Collegio Cardinalium, supremam à Deo potestatem sine mediis consequatur.
- 33. Orbis major Urbes qualiter esse dicatur.
- 34. Hierarchia in Ecclesia Catholica divina ordinatione instituta est.
- 35. Monarchia præstat inter omnia gubernationum genera.
- 36. Potestas omnis impatiens confertur est.
- 37. Tyrannis oritur sapiens ex principatu plurium, quam ex principatu unius.
- 38. Ecclesia militans est exemplata divinitus à triumphante.
- 39. Papa gerat personam in Ecclesia ex Bernardi sententia.
- 40. Papa primatus in Ecclesia ostenditur ex pluribus summorum Pontificum & sanctorum Patrum testimoniis & num. seqq.
- 41. Ecclesia Catholica non ab Apostolis; sed à Christo primatum obtinuit & num. seqq.
- 42. Papa cunctos judicaturus à nullo mortalium judicari potest, sed Cælo tantum debet obedientiam.
- 43. Hæresis in Ecclesia unde exorta.

- 44. Pii II. retractatio & definitio de primatu Romani Pontificis in Concilio.
- 45. Abbas Panormitanus & Ludovicus Romanus habitus in Concilio Basiliensi tanquam duo orbis fidere.
- 46. Papa primatus in concilio ab ipsiusmet concilii sapientia declaratur.
- 47. Marcellinus Papa à concilio judicatus non fuit ob defectum jurisdictionis, ibid.
- 48. Intellectus c. Nemo 9. quæst. 3.
- 49. Patet sententia prævalere sententia totius mundi.
- 50. Abbas Panormitanus & Ludovicus Romanus hostes acerrimi Pontificis dignitatis & num. 56.
- 51. Florentini concilii definitio de primatu Romani Pontificis in antequam orbem.
- 52. Concilia generalia quomodo Romani Pontificis superioritatem agnoverint & num. seqq.
- 53. Papa auctoritas in omnibus conciliis patenter excipitur.
- 54. Confirmatio est manifestum signum superioritatis & num. seqq.
- 55. Statuta Papæ à concilio non confirmantur; sed approbentur, sed statuta concilii confirmantur à Papæ tanquam superiore.
- 56. Papa superioritatem in concilio qui auctores ex canonistis & Theologis tuentur.
- 57. Abbas Archiepiscopus Panormitanus in schismate Basiliensi creatus fuit Cardinalis à Felice Antipapa.
- 58. Introducentibus in concilio multitudinem Presbiterorum ab defectum Episcoporum libere contradixit.
- 59. Cardinalis Zabarella quomodo se gesserit erga Romani Pontificis auctoritatem.
- 60. Appellatio est de minori ad superiorem judicem provocatio.
- 61. Appellari potest à sententia concilii ad Papam, sed non à converso.
- 62. Appellari non potest à Papæ ad tribunal Christi.
- 63. Appellantes à Rom. Pontifice ad futurum concilium, eorumque consilium & auctores incurrunt penam excommunicationis & læsæ majestatis humane & divine ex Bulla Pii II.
- 64. Item declarantur schismatici & hæretici ex Bulla Julii II.
- 65. Concilium est iudex in schismate, cum duo, vel plures contendunt de Pontificatu & num. sequentibus.
- 66. Concilium cognoscit, quando electio Papæ non fuit Canonica.
- 67. Item in casu hæresis formalis, non autem alterius criminis etiam notorii & scandalosi.
- 68. Corroboratio fraternelle regula, an sit servanda cum summo Pontifice.
- 69. Papam incidere in crimen hæresis, an sit possibile.
- 70. Marcellinus peccavit contra fidei confessionem, sed fidem non amisit.
- 71. Papa si in hæresim notoria & contumaciter laberetur, eo ipso desinet esse Papa.
- 72. Casus nullus reperitur, in quo concilium habeat auctoritatem in eum qui certus sit Pontifex, ibid.
- 73. Papa etiam sponte non potest se concilio subicere.
- 74. Deus solus potest facere, ut aliquis mortalium sit major Apostolico & num. 76.
- 75. Intellectus, §. Hinc etiam 17. dist.
- 76. Simachus Papa à Concilio non fuit absolutus, sed dimissus tam ex capite innocentia, quam ex defectu jurisdictionis, ibid.
- 77. Intellectus, c. Nunc autem 21. dist.
- 78. Sixtus etsi Concilio se sponte subiecit; tamen à Patribus ob defectum jurisdictionis iudicatus non fuit, ibid.
- 79. Intellectus, c. Nos si incompetenter, 2. q. 7.
- 80. Leo Papa quomodo se subiecit iudicio Ludovici Imperatoris, ibid.
- 81. Iudex major quomodo possit se subicere minori in iurisdictione contentiosa.
- 82. Clericus jurisdictionem iudicis laici propagare non potest.
- 83. Clericus non potest consistere in iure non iudicem etiam Ecclesiasticum sine proprii Episcopi licentia.
- 84. Regulares Sedi Apostolicæ immediatè subiecti, nec tamen, nec expressè possunt renunciare privilegio exemptionis.
- 85. Papa non potest alteri committere, ut ipsum excommunicet.

motivum, cui respondet. Tertio, concludit Joan. Andr. Nota primò, ex illis verbis Reges & regni majores, posse in uno regno esse plures reges, cap. Fertur 1. qu. 1. in supra scriptione. Alia tamen littera habet Regem &

- & vide quod dicam infra numero 35. & seqq.
- Secundò, nota ibi, ab Apocriphis nostris. Pallium tradi posse per Nuncium; nam Apocriphus sunt Nuncii, seu Legati ut hic in gloss. prima, de quibus sic legitur in sexta sessione Concilii Calcedonenis; In omnibus synodis Apocriphis Apostolici decretas sententias propter summam auctoritatem ejusdem Apostolici & Sedi confirmabant, & subseribebant: quia alter nullum robur habebant, ut post illud in lib. de Controversiis, refert Turrecrem. in summa de Ecclesi. lib. 2. cap. 100. in princ. & consert text. cum gloss. in cap. convenientibus in ver. Apocriphus 1. qu. 7. & in auth. Quomod. oport. Episc. §. Si vero in proposito, ubi gloss. in ver. Apocriphus, & in §. Reverendissimi de sanctiss. Episc. in ver. Apocriphus.
- Tertio nota ex istis verbis, juramentum exigere posse per alium, puta per Nuncium, vel Procuratorem, & illi videri juratum, cujus nomine juratur, concord. text. in cap. Si diligenti infra de prescript. & in c. Ea que de jurjur. & in juramento fidelitatis probatur in c. 1. §. Verum de statu regul. in 6. & in Clem. 1. de jurjur. Qualiter nota, in ver. Si conscientiarum factor, ex actibus Christi congruè argui ad notros; quia omnis actio Christi nostra est instructio, cap. Deus 2. qu. 1. & cap. Quatuor, il. 2. infra de accus.
- Quarto nota, ex illis verbis, quorum conscientias non videmus, Papam non gerere vicem Dei in conscientia cognoscendis, cap. unic. ut Ecclesi. benef. Addo c. Sicut in fin. & cap. Tua nos de Simon. c. Humana 22. qu. 5. & c. Erubescant 32. dist.
- Sextò nota, ex verb. Prælationem, Pallii traditionem esse quandam Prælationem, quia per ipsum confertur plenitudo Pontificalis Officii, cap. Nisi infra de usu Pallii.
- Septimò nota ibi pro fide, licet esse jurare pro fide, pro obedientia, & pro unitate. Adde alios plures casus, ut in gloss. in ver. Pro unitate.
- Ultimò nota principaliter ex hac decretali Romanum Pontificem esse supra Concilium, prout deducunt Host. num. 11. Card. num. 5. in 10. oppos. Anchar. num. 5. Bellam. num. 1. & Abb. num. 3. in 7. notat. Quod efficaciter probat hæc littera. Primò, quia cum Reges, & regni majores mirari essent, quod summus Pontifex in translatione Pallii ad Archiepiscopum Panormitanum exiret ab eo iuramentum fidelitatis, & motuum admirationis fuisset inter cetera, quod in Concilio non inveniretur statutum, ut præstari deberet hujusmodi iuramentum, Palchalis hanc oppositionem confutat tanquam frivolam, ut ex ipso modo loquendi apparet ibi: *Avant in Concilio statutum non inveniri, quæst Romanæ Ecclesie legem Concilio ulla præferunt, inveniunt hoc esse falsum, cum omnia, Sec. ut hic per Host. in ver. Præferunt. Unde, ut notat Abbas Antiqu. num. 2. in fin. Concilium non confringunt Papam: & Abb. Panorm. numer. 3. Nota, inquit, quod Concilia generalia non sunt supra Papam; unde non possunt statum præferre legem Papæ; subdens hunc textum satis esse in hoc notabilem, & quotidiè allegari, præsertim ubi disputatur de potestate Papæ & Concilii. At è converso summus Pontifex bene confringit Concilium, cum illius statuta immutat, & corrigit, cap. Statutum de rescript. lib. 6. ut hic Joan. Andr. num. 10. ad quod est gloss. notab. in cap. Ubi periculum in ver. Concilio infra eod. lib. 6. ubi dicit æquum non esse, ut constitutio Conciliaris revocetur absque requisitione Concilii; sed tamen de plenitudine potestatis Papam id facere posse, cum sit super omnia Concilia, & allegat textum hic & dictum gloss. pluribus comprobatur Turrecrem. in sum. de Ecclesi. lib. 3. cap. 24. & cap. 44. & propterea secundum Joan. Andr. in ver. robur num. 9. standum est sententia Papæ, si contradicatur Ecclesie, vel Concilio, de hoc cap. In istis 4. dist. & cap. Sicut 15. dist. cap. penult. 19. dist. cap. Nemo 9. qu. 3. & cap. Quodcumque 24. qu. 1. & sequuntur Butr. Card. Anchar. & alii proxime citati. Unde patet inceptè Cardinalem in cap. Inter cetera num. 1. infra de off. ordin. docuisse modum confringendi Papam per legem Concilium, nempe statuendo ut ligetur legibus Concilii, nec possit contravenire; loquitur enim contra expressam litteram hujus Decretalis, & contra textum apertum in cap. Innocent. ver. Quomovis autem Canon. Lateranensis Concilii infra eod. ut notat Præpof. in sum. 15. dist. num. 73. ad quod vide quod dixi in cap. 1. à num. 53. infra de pænis.*
- Prævalet autem sententia summi Pontificis sententia Concilii, etiam in materia dogmatica, ut probat S. Thomas in 2. 2. qu. 1. art. 10. & notat hic Card. & Abb. ad quem enim auctoritatem finaliter spectat determinare ea, quæ sunt fidei, ad quem majores & difficiliores Ecclesie questiones referuntur, cap. Multis 17. dist. cap. Hæc est fides, cap. est aliud, cap. Quoties, & per totam 24. qu. 1. cap. Majores infra de Bapt. S. Tho. ubi supra & in opus. contra errores Graecorum, & Sylvester. in ver. Fides num. 2.

Et propterea quod dicitur in gessis prime Synodi Ephesine, quod perlecto Symbolo Nicæne Synodi decrevit; S. Synodus aliam fidem nulli licere sub pena anathematis profiteri, vel confiteri, vel componere præter delimitat à SS. Patribus, qui in Nicæna congregati sunt cum Spiritu Sancto. Quod etiam reiteratur in gessis Calcedonenis Synodi, se extendit ad privatas tantum personas, quarum non est determinare de fide; non autem ad summum Pontificem, qui propterea non prohibetur novam editionem symboli facere, non quidem aliam fidem continentem, sed eandem magis expolitam, ut idem S. Thomas declarat. art. 10. ad 2. juncto argumento contrario.

Nec habenda est ratio Bellam. & Præpof. qui contrarium scripserunt in c. Sicut 15. dist. sentientes in spectantibus ad idem prævalere sententiam Concilii; siquidem moventur ex littera, d. cap. Sicut, ibi: Quia dum universali consensu sunt constituta, se & non illa destruit, quisquis præsumit abolere quos ligant; & ligare quos abolivimus circa articulos fidei. Sed hæc auctoritas præterquam quod non se extendit ad Pontificem Maximum, ut supra proxime dictum est ad summum probat à quoquam immutari non posse articulos fidei semel in Generalibus Conciliis definitos; & ita etiam loquitur gloss. fin. ibid. licet in alium sensum detorqueatur à Bellam. quia gloss. non dicit in discordia inter Papam, & Concilium prævalere sententiam Concilii in materia fidei, hoc enim est falsum, ut ex dictis constat: sed tantum dicit Papam non posse statueri contra articulos fidei, qui semel in Conciliis Oecumenicis sunt definiti, quod verum est; nam ut ait Solimanus in cap. Contra 25. qu. 1. Contra statuta Patrum id est de articulis fidei, ut ibi exponit gloss. condere aiquid, vel mutare, nec hujus quidem sedis potest auctoritas. Sed hoc non provenit ex eo, quod sententia Concilii præparatur sententia Papæ; sed quia fides una est & incommutabilis ut inquit Leo, & Augustinus relati à Turrecrem. in cap. Domino sancto num. 50. dist. & pluribus rationibus confirmat Cardinalis Alban. in tract. de potestate Papæ & Concilii par. 2. num. 90. & seqq. & num. 249. Ideoque quidquid semel fuit articulus fidei, semper fuit, & erit articulus fidei, ut dicit Archid. in cap. Canones num. 6. 15. dist. & DD. in cap. Cum Christus infra de hæret. Unde etiam fit, ut quamvis statuta Papæ non ligent successorem, ut quia per in parem, &c. cap. Innovat infra eodem, tamen quæ semel magistraliter, & ex Cathedra ab uno Pontifice sunt definita, à successore infringi non possunt quia alioquin fides non esset una; & Sedes Apostolica, quod impium est asserere, in fide errasse convinceretur, ut dicit text. in c. Sunt quidam 25. quæst. 1. Ad idem cap. Licet ex quadam de testib. cap. Lector 24. dist. cap. Vincenti & cap. Sordidus 77. dist. & docet S. Thomas quodlib. 4. art. 13. & Turrecrem. in d. c. Sicut n. 2. & seq. 15. dist. & Card. Abb. d. num. 249. Si igitur summus Pontifex confringit Concilium, sed non confringitur ab ipso, ut hic deciditur, necessariò sequitur ut absolutè sit supra Concilium, quia potestas ligandi, seu legem imponendi non potest esse nisi Superioris, c. Solita, & c. Cum inferior infra de major. & obed. cap. Inferior 21. dist. Nam non possit quemquam, qui minoris auctoritatis est, eum, qui majoris potestatis est, iudicis suis addicere, aut propriis demeritis subjugare. Et notat Anton. de Butr. in c. Cùm laicus num. 2. de reb. Ecclesi. non alienant. & Turrecrem. in c. Sancta Romana 15. dist.

Deinde hæc littera probat superioritatem Papæ in Concilio in ratione illa, ex qua deducit Concilia non præferre legem Papæ, videlicet, quia omnia Concilia per Romanæ Ecclesie auctoritatem facta sunt & robora acceptantur concordat c. 1. & 2. & per totam 17. dist. Unde Pelagius II. ad Episcopos, qui conveniant ad Concilium universale vocati à Joanne Patriarcha Constantinopolitano episc. 1. cap. 1. sic ait: *Multa Apostolice, & Canonice, atque Ecclesiasticæ instrumente regalis non debere absque sententia Romani Pontificis Concilium celebrari. Quapropter rectè non Concilium, sed vestrum conventiculum, vel conciliabulum cassatur; & quidquid in eo actum est, irritum habetur & vacuum, referatur in c. Multis ead. dist. Et verbum illud, sententia, exponitur pro auctoritate & contentia Hugo, Archid. & Turrecrem. & verbum illud, cassatur, exponunt, id est, ipso jure casum est & inutile, vel dignum est cassari de facto, ne idcirco crederent aliqui vigoris habere. Id quod pluribus sanctorum Patrum testimoniis, & auctoritatibus confirmat, & ab objectis tuetur Cardin. Alban. in eodem tract. de potestate Papæ & Concilii par. 2. n. 183. usque ad num. 220.*

Quod adeò verum est, ut etiam ab initio Concilium fuerit auctoritate Apostolica congregatum; tamen si postea per Romanum Pontificem dissolutum, aut alio translatum fuerit, ex eo tempore remaneat accephalum, & schismaticum, nec sit amplius Concilium, sed conciliabulum, cap.

Clericis 24. q. 3. cap. Submittitur, ibi: alioquin acephalum liquet esse Concilium. 21. *diff.* Et fuit definitum in Concilio Lateranensi novissimo sub Leone X. *sess.* 11. tom. 4. *Concilior. par. 2. pp. 120. col. 2.* Unde Julianus Card. S. Angeli, qui ab initio fuerat Apostolicæ Sedis Legatus in Concilio Basileensi, post illius dissolutionem, seu translationem ab Eugenio factam differens cum Ænea Silvio, dicebat illud non Synodum Ecclesiæ, sed fœdæ & ministrorum ejus synagogam, ut refertur in constitutione Pii II. de qua *infra* num. 44. Cujus quidem assertionis evidens est ratio, quia corpus mysticum Ecclesiæ, & Concilium quodcumque precidatur à capite, remanet acephalum, e. Nulla ratione 93. *diff.* & notat Hollenst. in c. Cum non ignores num. 7. *vers.* Sed tres persone *infra* de *præben.* Ad quod conferunt aurea verba Cypriani in *tract. de simplicit. Prælat.* relata in cap. Loquitur Dominus 24. qu. 1. Loquitur Dominus ad Petrum: Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, super unum ædificabo Ecclesiam. Et *infra*: Episcopus unus est, cujus à singulis in solidam pars tenetur. Ecclesia una est, quæ in multitudine latius incremento fecunditatis extenditur, quomodo Solis multi radii sunt, sed robur unum tenaci fundatum radice. Et quomodo de fonte uno rivus plarimi defluunt numerositas licet diffusa videatur exundantis copia largitate, unitas tamen servatur in origine. Avellæ radii Solis à corpore, divisiorem lucis unitas non caput. Ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit. A fonte præcido rivum, præcisus arefcit; Sic & Ecclesia Domini lace percussa per orbem totum radios suos porrigit; uno tamen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. Ramos suos in universam terram copia uberatim extendit, profuente largiter rivos latius pandit unum tamen caput est, & origo una, & una mater fecunditatis succubitus copiosa. Hæc Cyprianus. Si ergo, ut dicebamus, Concilia omnia universalia non aliter congregantur, & sunt, quam per Romani Pontificis autoritatem, & ab ipso tantum accipiunt robur, ut hic deciditur; necessarium hinc sequitur, ut Romani Pontifex sit supra Concilium: quia autoritas non est nisi Superioris, ut hic per Host. in *ver. Autoritas*, & causa principalis semper est potior effecta S. Thom. in 1. 2. qu. 66. art. 6. ad 3. Nam præterquamquod unumquodque tale, & illud magis tale, Authen. Multo magis, & ibi Bald. C. De sacrosanctæ Ecclesiæ.

Nec refragatur, §. Hinc etiam 17. *diff.* 161. quæ ejus Sedi primam Petri Apostoli meritum, deinde secunda Iustione Domini Conciliorum venerandarum autoritas singularem in Ecclesiis tradidit potestatem: nam, ut ibi est adnotatum, Concilia propter non dederunt primatum Romanæ Ecclesiæ sed explicarunt datum à Domino, ut innoce illa verba, secunda Iustione Domini: ab ipso enim Romana Ecclesia primatum habuit, & non à Conciliis, ut legitur in c. Quamvis 21. *diff.* & in c. Omnes 22. *diff.* & notat gloss. in d. §. Hinc etiam in *ver. Iustione Domini*, Petri de Monte in sua Monarchia Conciliorum in princip. & Turrecrem. in *summ. de Eccl. lib. 2. c. 38.*

Non me lateat quod refert Platina in vita Joannis XXIII. citatus à Felin. in c. Nannulli num. 3. *vers.* Sed pro maiestate Papæ de refer. videlicet fuisse decium in Concilio Constantiensi Concilium Generale legitime congregatum habere statim potestatem à Christo, quo fundamento posito Patres assererant Pontificem Concilio subiecti. Hic enim habetur inter acta Concilii Constantiensis *sess.* 4. *cap. 3. tom. 3. Concil. par. 2. pag. 849. & 850.* & repetitur fuit in Concilio Basileensi *sess.* 2. tom. 4. *Concil. par. 2. pag. 20.* in hæc verba: Declarat quod ipsa Synodus in Spiritu sancto legitime congregata Generale Concilium faciens, & Ecclesiam militantem representans, potestatem immunitatis à Christo habet, cui quilibet cujuscumque status, vel dignitatis, etiam si Papalis existat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem, & correctionem hæc schismatis, & ad generale reformationem Ecclesiæ Dei in cap. & in *membris.* Verum hunc Canonem, ex cujus verbis incredibile est quanta sit exorta perturbatio in Ecclesia, & quam multi conati sunt supremi Capitis imminuere autoritatem, multis argumentis probat fuisse irritum, ac nullum ex defectu potestatis, Cardin. Alban. de potestate Papæ, & Concil. par. 2. num. 82. cum pluribus *seqq.* & præsertim num. 221. & *seqq.* & ante eum Card. Turrecrem. qui ponit multa notatu digna contra validitatem illius Canonis in *summ. de Eccl. lib. 2. c. 99. & Cardin. Jacobat. in tract. de Concilio lib. 5. pag. 304.* Et idcirco Martinus V. confirmavit ea tantum decreta Constantiensis Concilii, quæ ad fidem pertinent, ut legitur in 45. & *vis. sess. vers.* Quibus sit factis tom. 3. *Concilior. par. 2. pag. 244. col. 1.* Ex quo sequitur, ut alia omnia in sua permanciam infirmitate, arg. c. Nonne de præsumpt. & l. Cui Prætor, ff. de iud. Cardinalis Albanus ubi supra num. 248.

Præterea dici potest Concilium Constantiense, idcirco declarasse se immediate habere potestatem à Deo, quia cum nullus tunc effet certus Pontifex, & ob illud schisma Ecclesiæ maximum periculum immineret, & res omnino moram non pateretur, Pontificia potestas erat casu ad Concilium devoluta; atque ideo illa potestas à Deo dependebat, ut declarat Cardinalis Alban. d. par. 2. num. 47. post Turrecrem. in *summ. de Eccl. lib. 2. capite 99.*

Nec refert, quod idem decretum fuerit postea ad litteram repetitum in Concilio Basileensi *sess.* 2. ante illius dissolutionem? si quidem postea Leo X. in Concilio Lateranensi *sess.* 11. dum cassavit pragmaticam functionem editam in Concilio Basileensi, dixit illud fuisse conciliabulum, seu potius conventiculum, quod præsertim post translationem Concilium amplius appellari non merebatur. Quæ verba satis clarè innuunt Concilium Basileense, etiam ante translationem, saltem in aliquibus non fuisse legitimum, ponderando dictionem illam, præsertim, de cuius natura est implicare casum magis dubitabilem, & exprimere casu contrario non expresse, l. 3. juncta gloss. in verb. Præsertim, ff. De liber. homin. gloss. in c. Continetur in verb. Præsertim *infra* de despon. impuber. Quinil. Mandos. post. alios, quos citat in *reg. de subrog. collig. quæst. 6. num. 2.*

Præter quam quod cum Felix V. Antipapa schismaticus ad unitatem, & concordiam Ecclesiæ componendam hortatu Frederici III. Imperatoris pseudopontificatum resignasset, actaque Basileensis conciliabuli suo ipsius iudicio quasi improbasset, Nicolaus V. patris gratia approbavit eas constitutiones, quæ de beneficiis Ecclesiasticis editæ, ac promulgatæ fuerunt; reliqua omnia, que aliorum Conciliorum decretis, & constitutionibus non sunt definita, rejectæ, & improbatæ, ut in Bulla, quæ incipit, ut patet edita Spoleti 149. 14. Kal. Julii, quæ habetur inter acta Concilii Basileensis tom. 4. *Concil. par. 1. pag. 156.* Rationes autem cur hæc Synodus etiam dissolutionem ex parte fuerit reprobata, recententur *ead. tom. pag. 406.* & latius à Turrecrem. in *summ. de Eccl. lib. 2. cap. 100.*

Sed præter rationes à posteriori, quæ ex hæc decretali colliguntur, Romani Pontificis primatus in concilio niterit principis juris naturalis & divini; adeo ut contrarium asserere sit error in fide. Nam divina providentia quæ cuncta gubernat & nihil negligit eorum quæ creavit, non est putanda inordinatam reliquisset militantem Ecclesiam cap. Miramur 16. *diff. c. ad hoc & ibi Turrecrem. 89. diff.* quæ cum sit sponsa Christi dilecta, Clem. 1. de sum. Trinit. & fid. cathol. Concil. Trid. cap. 1. de sacris. *Miss. sess. 22. profectò à Deo est & ordinem habet, dicente Apolo ad Rom. 12. Quæ sunt ordinata, consensu esse non possunt.* Requirit autem ordo, ut inferiora à superioribus gubernentur, cap. Inferior 21. *diff. cap. cum inferior infra de major. & obed. Clem. no Romani de elect. S. Thom. in *opul. 3. c. 149.* & ad unum tandem deveniant tanquam Principem & moderatorem cunctorum, quæ *infra* de lunt, c. Legimus circa med. *vers.* Quod autem postea unus electus est 93. *diff. gloss.* in c. Licet, il. 2. in *ver. ad concordiam 45. diff.* Ordo enim potestatum est, ut ad unum redigatur, ut inquit Præpof. in cap. In Apibus in princip. 7. q. 1. quod dilucide explicat gloss. in Clem. fin. in *ver. Ecclesie de heret. post D. Thomam in 2. 2. q. 104. art. 1. quæ sicut operationes rerum naturalium procedunt ex naturalibus potentis, ita operationes humane procedunt ex humana voluntate. Oportet autem in naturalibus, ut superiora moveant inferiora, sic oportet in rebus humanis, ut superiores moveant inferiora, sicut oportet in rebus humanis, ut superiores moveant inferiora. Istorum autem moventium unus est supremus. Omnes igitur sunt objecti motioni illius. Hæc gloss. quod latius proflequitur Turrecrem. in *summ. de Eccl. lib. 2. c. 2.* Inque sicut in apibus Princeps unus est & græves unam sequuntur, d. c. In apibus 7. q. 1. ita & in Ecclesia militante unus est omnium moderator & arbiter, à quo tanquam capite omnis in subiecta membra potestas, & autoritas derivatur, quæ à Christo Domino sine medio in ipsum influit, cap. Quamvis 21. *diff. in. cap. Omnes 22. diff. cap. Fundamenta infra eod. lib. 6.***

Hanc autem supremam autoritatem certè non in alium, tanquam sui exercitium ducem Christus principaliter derivavit, quam in suum Vicarium, qui primus fuit Petrus, cui commissam novimus Domini gregis curam, c. In novo 21. *diff.* & habetur hic in *tex.* & late probat Turrecrem. in *summ. de Eccl. lib. 2. c. 15.* Nec duos plures Petros Evangelicè commemorant, nec duos aut plures influit Dominus, qui suum locum tanquam capita tenent æqualia; sed unum constituit verticem, ad ducem & Pastorem universi gregis, Simonem Petrum, cui soli Matth. 16. dicit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam & tibi dabo cla-

ves regni calorum, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis, cap. Ita Dominus 19. *diff. d. cap. Quamvis 21. diff. c. Sacrosancta 22. diff. c. Solus de major. & obed. Extravagans Unam sanctam eod. tit. Neque enim dixit, & non fecit qui solus est verax, Joan. 14. cap. Si consuetudinem, & cap. Qui contemptra 8. *diff.**

Impletæ autem promissa cum post resurrectionem dicit ei-teram Petrus: Pesece Oves meas, Joan. 21. quibus verbis enim creavit Papam & Vicarium suum, ut hæc notant DD. & præcipue Abb. & Dec. in 3. not. & fultus Turrecrem. in *summ. de Eccl. lib. 2. cap. 29.* eique non modò pascendi, sed etiam regendi & gubernandi universalem Ecclesiam potestatis amplitudinem attribuit, ut Patres tam Græci, quam Latini in Concilio Florentino solemniter definierunt, sicut inferius patebit num. 50. Quæ verba nulli alteri seorsum dicta leguntur, nisi Petro: ut in Petro, qui solus per Domino in periculo constituto exeret gladium, unitas & summa contineretur autoritas.

Præterea ut Petro dictum est Joan. 21. Tu vocaberis episcopus, quod interpretatur caput, ut ait Anacletus in c. sacrosancta 22. *diff.* & notat Turrecrem. in c. Non autem num. 5. *vers.* quarto 7. *quæst.* 1. Nec alius à petra dictus est Petrus, nisi Simon: ut intelligeremus unicum esse veræ solide petre, id est, Christi, ut Paulus exponit, Locum tenentem Simonem Petrum, sic fundans Ecclesiam non in loco, sed in persona Petri, cap. qui castellam 93. *diff. gloss.* in Extravag. Execrabilis Joan. XXII. in *ver. Romane Ecclesie.*

Rufus Ambrosius ait: Et staltis imperator, ut laxarent. retia sua, solum tamen Petro dicitur: Duc in altum, Mat. 16. hoc est, in profundum disputationum. Item, ut Bernardus inquit, lib. 2. de confid. c. 9. Discipuli navigabant & Dominus apparebat in litore, sciens Petrus quia Dominus est, in mare se misit, & se venit ad ipsum alius navigio pervertentibus. Quod ibid. nempe signum singularis pontificis Petri, per quod non navem unam, ut ceteri quique suam; sed seculum ipsum suscepit gubernandum, Mare enim seculum est, naves, Ecclesiæ. Deum autem Petro dicitur Luc. 22. Ego rogavi pro te Petre, ut non desideret filius tuus, & tu aliquando conversus confirma Fratres tuos. Unde soli Petro tributum fuisse potestatem definiendi cum iudicio infallibili, fuisse Deo dante probabimus in cap. Majores, *infra* de hære.

Inque Petrus, & successores ejus Romani Pontifices primatum in Ecclesia tenuerunt, & quamprimam quisque canonicè electus est à sacro Collegio, supremam à Deo potestatem sine medio consequitur, & per ordinem in omnem diffundit Ecclesiam, cap. Quamvis 21. *diff.* & cap. Licet de vitanda, *infra* eod. Nam Ecclesia Romana instituit quidem omnes Ecclesias five Patriarchales, five primatiales, five Archiepiscopales, five Episcopales, & omnes Prælatos; sed ipsam ille solus fundavit, & supra firmam petram fidei mox calcavit, cui Petro æternæ vitæ Clavigero terreni simul ac caelestis imperii jura commisit, ut legitur in cap. omnes, 22. *diff.* & notat gloss. & DD. in §. Hinc etiam 11. *diff.*

Nec refert, quod Orbis major sit Urbe, ut dicit Hieronimus in c. Legimus, 99. *diff.* si quidem salva reverentia glossatoris, Hieronimus, ut clare colligitur tam ex epistola quam ad Evandrum scribit; quam etiam ex glossa ibi, non loquitur de autoritate potestatis, seu jurisdictionis orbis respectu Ecclesiæ Romanæ; sed de autoritate consuetudinis; quæ tantò majoris autoritatis esse dicitur, quòd generator est, sicut de Canonici scripturis dicit Augustinus in cap. In Canonici, 19. *diff.* secundum quam regulam non est dubium quin consuetudo Orbis major sit, quam consuetudo Urbis, ut declarat Turrecrem. in cap. Sicut, num. 10. *vers.* Ad quintam, & in cap. seq. num. 4. *vers.* ad primam, 15. *diff.*

Est igitur Ecclesia vel calorum scies ordinata, ut in c. 4. de Sacram. Ordin. *sess.* 23. Concil Trident. adeo ut si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam divina ordinatione institutam, anathema sit, can. 6. ejsdem *sess.* Et cum Deus voluerit eandem Ecclesiam, quam fundavit sanguine suo usque ad finem mundi perdurare, Matth. ult. c. Videntes, 12. *quæ.* 1. lateri oportet in ea id regimen institutum fuisse, quod optimum censetur, ut post S. Thomam in 4. contra Gentes, tradit Turrecrem. in *summ. de Eccl. lib. 2. c. 2.* At vero inter genera gubernationum communis omnium sententia est prælatæ Monarchiam, de quo est *text. not. in l. 2. §. non sint*, & ibi omnes not. ff. De origin. jur. & docet Aristoteles in 3. & 8. Ethic. & in 3. Politic. S. Thom. in prima part. *quæst.* 103. art. 3. & in 2. 2. *quæst.* 50. art. 1. ad 2. Præpof. in his terminis in *summ. 15. diff. num. 7.* & Turrecrem. loc. cit. Bard. in suo *tract. de Regim. civit.* Bald. in 2. *conf. Harum*, col. 2. *vers.* Item consuetudo Domi-

norum. Agid. de Rom. in *tract. de Regim. Princ. Boer.* in *tract. de custod. Clavium* n. 53. ubi testatur ita omnes tenere. Unde Aristoteles 22. *Metaph.* in fin. Estia, inquit, nolant male gubernari, non est bonum pluralitas principatum, unus ergo Princeps; & Augustin. in lib. de nupt. & concupiscen. Principatus magis naturalis unius in plures, quàm in unum potest esse multorum. Et idem Augustin. in c. Quod autem 23. *quæst.* 7. Natura principiorum amat singularitatem; & omnis potestas impatiens consortis est. hinc S. Thomas. *opusc.* 20. c. 5. docet, tyrannidem sapius oriri ex principatu plurium, quàm ex principatu unius; & Hieron. in c. In Apibus 7. q. 1. Roma, inquit, ut condita est, duos fratres sinit habere Reges non potuit & paricidio dedicatur. In Rebecca utero Elau & & Jacob bella gesserunt, Genes 25. & 26. cap. 1. 79. *diff.* Et Roboam & Jeroboam regnum Judæ & Israël in marium eorum dividerunt, 3. Reg. 12. Et propterea Romanum quamvis eiectis Regibus duos annos Conventus Tribus adiecerunt & alios Magistratus invenerunt; in adversis tamen casibus, & gravioribus bellis unum constituerunt Diectorem, cujus dictio non liceret adversari; & hæc dictatura etiam ab initio temporalis, tamen in Julio & successorebus ejus perpetua effecta est. Nec unquam Romana res admirabilior, aut celsior fuit, quam sub Augusto Cesare, quando universus orbis unius ditioni parebat, Reg. 2. quo tempore natus mundi Salvator Monarchicum regimen ceteris prætulisse videtur gubernationibus. Ad hoc c. Fundamenta, §. Ne autem *infra* eodem lib. 6. & quod not. Bald. in *progn. Decretal.* num. 2. Ipsium astitit totius orbis consuetudo, cujus maximam partem gubernant Reges, five Christianos intueamur, five Barbaros, & civitates aliquot quæ se liberae prostentur, non possunt tamen effugere quin unum præferant alitis, eique tanquam Capiti pro tempore obediant. Facit *text.* in c. Quoniam in perisque de off. ordin. in cap. Duo istæ 23. q. 4. & in l. Si plures. §. Quod in tutoribus, ibi Sanè cum factis unus tutor, ff. de admin. tutor. Ubi gloss. illud tritum recentet: Signis expediant commissa negotia plures.

Quinimò in Ecclesia ipsa triumphante, quævis & Angelorum diversis sint ordines, & sanctorum Spiritum Chori; unus est tamen omnium Rex æternus Deus, Apoc. 21. c. Princ. §. Omnis lapis de panis. *diff.* 2. qui propterea ad Eccl. triumphantis exemplum Ecclesiam suam militanter instruit, c. Ad hoc 89. *diff.* cap. Fundamenta *infra* de elect. lib. 6. Unde Dionysius in c. 6. Eccl. Hierarchia Nostra, inquit, Hierarchia à Deo traditis ordinibus sanctè disposita, & ceteris & celestibus Hierarchiis conformis est. Quod optimè explicat gloss. in Clem. fin. in verb. Ecclesia de heret. in hæc verba: Etenim Ecclesia exemplata divinitus à triamphantem, dicente Joanne in Apocal. 21. in princip. Vidi Jerusalem sanctam novam descendentem de caelo, &c. & Moysi dictum est Exod. 25. Ut omnia faceret secundum exemplar sibi monstratum in Monte, cum igitur in Ecclesia triumphante sit unus Princeps supremus, cujus obedientia tota ipsa Ecclesia perfectissime est subiecta, scilicet Deus, necesse est sequitur toti militanti unum supremum Principem præfideri, scilicet Papæ, cujus præceptis omnes obedire tenentur, & hoc est de necessitate salutis, ut in extravag. Bonifacii Unam sanctam, & fortius in his, qui sunt perfecti, 22. *quæst.* 2. cap. Ne quis. Inde prædictum fuit Osee. 1. Congregabuntur filii Israël pariter, & ponent sibi caput unum, & Joan. 16. Fiet unum ovile, & unus Pastor, de Baptist. c. Licet, & *infra* de sentent. excommuni. c. 1. cum concord. Hactenus gloss. Quo argumento ad ostendendum Pontificis Maximi superioritatem in Concilio utetur etiam Turrecrem. in c. Non autem n. 5. *vers.* Tertio idem ostenditur 7. q. 1. & in *summ. de Eccl. lib. 2. cap. 1. & 2.* & Præpof. in *summ. 15. diff. num. 7.* Quinimò & Plus II. in *constit. inferius referenda.*

Unum ergo in Ecclesia est caput, & unus Princeps; quia pax populi ex uno rectore dependet, pluralitas Principum discordiam parit, d. c. In Apibus 7. q. 1. Unde patet autor dedit Ecclesiæ suæ regimen pacis amicum, id est, Monarchicum sub B. Petro & successorebus ejus administrant cuncta præcipiens clavibus illi commissis, & Cura gregis demandata. Sicut etiam in veteri Testamento unus fuit in regimine paradisi, scilicet Adam, Gen. 2. Unus in regimine arcæ, scilicet Noe, unus in ducatu filiorum Israël, id est, Moyses; unus Josue post eum; & unus Sacerdos in Tabernaculo id est, Aaron; unus David, unus Salomon, &c. Unde Bernardus de considerat. ad Eugentium III. lib. 2. cap. 9. Indagemus, inquit, adhuc diligentius quis sit; quam geras videlicet personam in Ecclesia Dei: Tu es Sacerdos magnus, summus Pontifex, tu Princeps Episcoporum, tu hares Apostolorum, tu primatus Abel, tu gubernator Noe, Patriarchata Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, & un-

tionem Christus. Tu es cui Clavis tradita, cui omnes crediti sunt. Sunt & alii quidem Janitores, & Gregum Pastores, sed tu tanto gloriosius, quanto & differentius utrumque praestitisti illis. Habent illi assignatos sibi Greges singuli, singulos tibi universos crediti, uni unus, nec modicum, sed & Pastorem, tu unus omnium Pastor. Hae Bernardus.

Accedunt praedictis quam plures summorum Pontificum & sanctorum Patrum definitiones & inter ceteras Deuter. 17. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perpexeris inter sanguinem & sanguinem causam & causam, & iudicium intra portas tuas videris verba variari, surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus, veniesque ad sacerdotes Levitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quare & ab eis, qui iudicabunt tibi iudicium veritatem & facies quodcumque dixerint qui praesunt loco quem elegerit Dominus, sequerique sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Qui autem superbiat nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille & auferet malum de Israel. Quam auctoritatem exponens Innocentius III. in cap. per venerabilem, §. Rationibus infra, qui filii sint leg. san. inquit, cum Deuteronomium lex secunda interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, ut quod ibi decernitur, in novo testamento debeat observari. Locum enim quem elegerit Dominus, Apostolica Sedes esse cognoscitur: & infra, sunt autem sacerdotes Levitici generis fratres nostri, qui nobis iure Levitico in executione sacerdotalis officii coadiutores existant. Is vero super eos sacerdotes, sive iud. x existit, cui Dominus inquit in Petro: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis, &c. Eius Vicarius est Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech constitutus a Deo. Iudex vivorum & mortuorum: & infra, cuius sententiam qui superbiat contempserit observare, mori praecipitur, id est, per excommunicationis sententiam velut mortuus a communione fidelium separari.

Anacletus ad Petro Apostolo Presbiter ordinatus in cap. Sacrosancta 21. dist. 1. Sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipsi Domino Salvatore nostro primatum obtinuit, sicut ipse beato Petro Apostolo dixit: Tu es Petrus & reliqua. Ergo haec Apostolica Sedes a Domino & non ab alio est constituta, & sicut cardine ofium regitur, sic huius Sanctae Sedes auctoritate omnes Ecclesiae Domino disponente reguntur.

Zephrinus in cap. Ad Romanam 2. qu. 6. Iudicia Episcoporum, majoresque Ecclesiae causa a Sede Apostolica & non ab alio sunt terminanda; quia licet in aliis transferantur Episcopos, beato tamen Apostolo Petro dictum est: Quaecumque ligaveris super terram, erit ligata & in caelis.

Antherus in cap. facta subditorum 9. q. 3. facta subditorum iudicantur a nobis; nulla vero iudicat Deus.

Gelasius in cap. cuncta per mundum, eod. cau. & q. cuncta per mundum novit Ecclesia, quod sacrosancta Romana Ecclesia de omni Ecclesia fas habet iudicandi neque cuiquam de ejus licet iudicare iudicio. Si quidem ad illam de omni mundi parte appellandum est, ab illa autem nemo est appellare permissus: & infra, Apostolica Sedes sine ulla synodo praecedente & solvendi, quos synodus inique damnaverat & damnanda nulla existente synodo quos oportet, habuit facultatem, & hoc mirum pro suo principatu quem B. Petrus Apostolus Domini voce & tenuit semper & retinuit, quod ipsum habetur in canone praecedenti ex eodem Gelasio ad Faustum legatum.

Simmachus in c. aliorum 9. q. 3. aliorum hominum causas Deus voluit terminare; sed Sedes ipsius Praefatis suo sine quaestione referoat arbitrio. Voluit B. Petri successores Caelo tantum debere innocentiam & subtilissimi discussoris indagari inviolatam exhibere conscientiam.

Vigilius ad Euthemum cau. 1. Licet omnium Apostolorum par esset electio, B. Petro tamen concessum est, ut ceteris praemineret. Unde & cephas vocatur, quia caput & primus est omnium Apostolorum. Quamobrem sancta Romana Ecclesia primatum tenet omnium Ecclesiarum, ad quam tam sancta Episcoporum negotia, quarela atque ludibria, quam & majores Ecclesiarum quaestiones quasi ad caput semper referenda sunt. Et idem Vigilius in cap. qui se fecit 2. q. 6. Ipsa namque Ecclesia, qua prima est, ita reliquis Ecclesiis vires suas creditur largiendas, ut in partem vocata sint sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.

Gregorius omnibus Episcopis per diversas Provincias constituit. Quia cunctarum dispositione divina Ecclesiarum curam gerimus, mandamus ut nihil prius de eo, quod ad sinum sanctae Romanae confugit Ecclesiae, ejusque imploret auxilium, devertatur, quam ab ejusdem Ecclesiae praecipuum fuerit auctoritate, qua vires suas ita aliis impavit, ut in partem sint vocata sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis, referretur in cap. Decreto eod. cau. & quasi. Ad idem c. Praecipis 12. dist. 6. Quamvis, Multum & c. Dadum 3. quasi. 6.

Nicolaus in cap. Nemini 17. q. 4. Nemini licitum est de

Sedis Apostolicae iudicio iudicare, aut illius sententiam tractare permissum, videlicet propter Romanam Ecclesiam primatum Christi munere in Petro Apostolo divinitus collatum.

Bonifacius Martini in cap. si Papa 40. dist. 1. si Papa sua, & fraternae salutis negligens deprehenderit inanis & remissus in operibus suis & insuper a bono taciturnus, ille magis officii sibi & omnibus, nihilominus in numerabiles populos cateroatim secum ducit primo mancipio gehenna cum ipso plagis multis in aeternum vapulaturus. Hujus culpas ipse redarguere praesumit mortalium nullus, quia cunctas ipse iudicaturus a nemine est iudicandus.

Cyprianus episc. 3. ad S. Cornelium Romanum Pontificem. Neque enim aliunde haeresis oborte sunt, aut nata sunt schismata, quam inde, quod Sacerdos Dei non obtemperat, nec unus in Ecclesia ad tentas Sacerdos & ad tempus Iudex vice Christi cogitatur, cui si secundum Magisteria divina obtemperaret fraternitas universa, nemo adversum Sacerdotum temperaret fraternitas universa, nemo post divinum iudicium collegium quidquam moveret: nemo post divinum iudicium populi suffragium, post Coepiscoporum consensum, Iudicem se non jam Episcopi, sed Dei faceret. Et plura sanctorum testimonia, videlicet Hieronimi, Augustini, Ambrosii, Cyrilli, Chrysostomi & aliorum adducit Turrecem. in sum. de Eccl. lib. 2. ser. per tot. & praecipue cap. 15. cap. 36. & seqq.

Demum Pius II. Romani Pontificis primatum in concilio apertius definit in constitutione, quae incipit, In minoribus agentes edita 6. Calend. Maii 1463. in Bull. tom. 1. pag. 322. Cum enim (ut in ea referunt) Baileense Concilium advenisset duo viri ex Italia Nicolaus Panormitanus Archiepiscopus & Ludovicus Pontanus Alphonso Magni Regis Oratores, qui velut duo orbis sidera & Pontificii Juris & totius civilis sapientiae duo praecipua lumina & clarissima cenabantur; si- que una cum Cardinalibus Eugenio IV. infensis ore, scriptoque Concilii gesta extollerent, ut nullus auderet dicta eorum refellere, ipse quoque Pius, tunc Aeneas Silvius in minoribus agens multa deceptus scriptis de Concilii auctoritate adversus Primarum Romani Pontificis, qui scilicet audivit & didicit ab his Magistris in Schola Baileensis Concilii. Sed postea cum deposito Eugenio & creato Amedeo, qui felix appellatus est, vidisset felicem a Rege Romanorum non recipi & cognovisset Eugenium falso de multis accusatum & Cardinales qui Baileam venerant ob privatas inimicitias, bono & sancto viro notam inurere voluisse, & fed tamen cunctos postea ad eum redisse & veniam errati petivisse. Quin & Cardinalem S. Angeli qui partes iidem Concilii turbarat fuerat, mutatum in melius auctoritatem Pontificiam defendere: tandem ipse quoque Aeneas lucem veritatis agnovit & Baileense dogma rejecit, ac demum ad Pontificatum evectus praedictam edidit constitutionem, in qua errorem suum humiliter & ingenuè reprobavit & scripta respuit, docuitque firmiter tenendum esse auctoritatem Pontificiam eodem Concilio.

Quid plura? Concilia ipsa hoc idem saepius declarant. Nam in c. nunt autem 21. dist. refertur ad Nicolaum exemplum Marcellini, qui cum in concilio confessus fuisset se a Pagano compulsam, ut in eorum templum ingressus grana turris super prunas imponeret, nullus Episcoporum proferre sententiam suam ausus est; sed dixerunt omnes: pro ore iudica causam tuam, non nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam: & rursus; quoniam, inquit, ex te iustificaberis, aut ore tuo condemnaberis: & iterum dicunt; prima Sedes non iudicabitur a quoquam. Atque ita patres abstinerunt a iudicio, agnoscentes defectum jurisdictionis. Concilium hoc habitum fuit in civitate Sinuesana a trecentis Episcopis, ejusque acta super hoc, & responsio Patrum habentur tom. 1. Concil. General. & Provinc. pag. 1. pag. 182. & seqq.

Praeterea in generali synodo Romana, cui praesuit B. Silvester sic legitur: nemo iudicabit primam Sedem, quoniam omnes sedes a prima sede iustitiam desiderant temperari. Neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque a rege, neque a populo Iudex iudicabitur. Qui Canon licet in verulis Gratiani exemplaribus citetur ex Innocentio, habetur tamen in eodem Concilio Romano cap. 20. Illudque notandum est, quod ipsi Canon in specie subsciberunt ducenti octuaginta quatuor Episcopi, quadraginta quinque Presbiteri & duo Diaconi & Augustinus Constantinus & Mater ejus Helena, ut habetur eodem tom. 1. Conciliorum par. 1. p. 260. Refertur totidem verbis in cap. nemo 9. quasi. 3. ubi gloss. ex illis verbis, ab omni Clero, deducit Papam non posse a Concilio iudicari & allegat hanc decretalem, additque quod si totus mundus sententiarum in aliquo negotio contra Papam sententia Papae standum esset per c. Hae est fides 24. q. 1. quam glossam sequuntur Bellam. Turrecem & reliqui Canonistae. Et eadem verba, ab omni Clero, de universali Ecclesia esse necessario intelligenda. Et sic etiam de concilio universalem Ecclesiam representante multis argumentis comprobatur ibi Turrecem. num. 2. & Alban. de potestate Po-

79 par. 1. num. 89. Et ferantur duo hostes acerrimi pontificis dignitatis, nempe Ludovicus Romanus in concilio suo 523. & Abb. in tract. de concil. Baileensi nondum excuso col.

2. Item in Capitulis Niceni Concilii I. Occurrentem per Theofilonem & Theonitum Constantinopolitanum de Graeco in Latinum vestis can. 39. sic legitur: ille qui tenet Sedem Romae caput est & princeps omnium Patriarcharum, quando quidem ipse est primus, sicut Petrus, cui data est potestas in omnes principes Christianos & omnes populos eorum, ut qui sit Vicarius Christi Domini nostri super cunctos populos & cunctam Ecclesiam Christianam; & quicumque contradixerit, a synodo excommunicatur. Refertur ab Alphonso Pisano lib. 3. de concilio Niceni decretis eodem tom. 1. conciliorum par. 1. pag. 337. col. 1. si Papa est super cunctam Ecclesiam Christianam, ergo & super Concilium, quod cunctam Ecclesiam Christianam repraesentat.

Item in Concilio Florentino sub Eugenio IV. post sess. 25. tom. 4. Concil. par. 1. pag. 606 sic legitur: Desimus sanctam Apostolicam Sedem & Romanam Pontificem in universum orbem tenere primatum & ipsum Pontificem Romanum iudicem esse Beati Petri Principis Apostolorum & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiae caput & omnium Christianorum Patrem, ac Doctorem existere & ipsi in B. Petro prescendi regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis Occumenicorum conciliorum & in sacris Canonibus continetur. Hae ibi: cui definitioni subsciberunt etiam Imperator Graecorum & Patres tam Graeci, quam Latini. Rursus in concilio Lateranensi novissimo sub Leone X. sess. 11. tom. 4. conciliorum par. 2. pag. 120. solum Romanum Pontificem pro tempore existentem tanquam auctoritatem super omnia concilia habentem, concilium indicendum, transfereendum ac dissolvendum plenum jus & potestatem habere, videtur: ex Sacra Scripturae testimonio, dictis sanctorum Patrum, ac aliorum Romanorum Pontificum sacrorumque Canonum decretis; sed propria etiam eorumdem conciliorum confessione manifestè constat.

Amplius, Concilia ipsa dupliciter agnoverunt se inferiora esse Romano Pontifici. Primo, qui in statutis universalium Conciliorum ipsius Pontificis praeter excipitur auctoritas, ut dicitur hic in text. in ver. cum omnia: & concordant c. dudum, & c. peregrina 3. q. 6. & c. 21. sess. 25. de reform. Concil. Trident. Auctoritas autem non excipitur nisi Superioris, c. venientes infra de jurjur. & d. c. dudum.

Deinde, quia Patres confiteverunt petere & obtinere Concilii confirmationem a summo Pontifice, c. Multis & c. Concilia 17. dist. Sicut in specie fecerunt Patres Concilii Picensis, Calcedonensis, Constantiensis & Tridentini. Idque pluribus aliis exemplis: item rationibus & auctoritatibus confirmat Turrecem. in c. S. Romana num. 4. 15. dist. & dixi in c. 1. num. 47. v. secundum concilia omnia inf. de passis. Confirmatio autem est evidens signum superioritatis, ut per Bald. in l. fin. num. 4. v. Ulterius nota, C. de legit. ubi ait: Nihil est majus, sive sanctius Imperio, intellige nisi Apostolatus B. Petri; cum enim Apostolicus confirmet principem, ipsud est manifestum signum superioritatis, ut in auth. de defen. cro. §. Interim. Hae Bald. quem ad propositum primatum Papae in Concilio adducit Felin. in c. 1. in fin. v. pro dicto Adbiti inf. de Reg. & Pac. & Card. Alban. in tr. de potest. Papae p. 1. num. 88. Qui propterea hinc delatit ipsam Concilii, dum confirmationem petiverunt, se Romano Pontifice inferiora declarasse. Quod satis etiam constat ex Bulla Pii IV. confirmationis Conc. Trid. quae incipit, Benedictus Deus, ubi: nam autem ipsa synodus pro sua erga Sedem Apostolicam reverentia, antequam etiam Conciliorum cessisset inhaerens, de- cretorum suorum omnium confirmationem a nobis petierit: & infra ibi: cuius auctoritatem etiam ipsa S. Synodus tam reverenter agnovit. Unde Hof. in c. Qualiter, il. 2. in primo inf. de accusat. dicit statutum Papae non confirmari a Concilio quod est inferior; sed solummodo approbati, idque intelligendum fieri ad cautelam. At vice versa statuta Concilii a Papa confirmari tanquam a Superiore, cum confirmatio ad Superiorem spectet: & Turrecem. in d. c. Sancta Rom. n. 2. v. secundo modo 15. dist. approbatio, inquit, & confirmatio auctoritatis, scilicet qua tribuit auctoritatem & vobis rebus approbati, prout est approbatio Conciliorum universalium, semper est Superioris, sicut Principis, gloss. in cap. Frater noster 17. quasi. 4.

Potestatem hanc ipsam Pontificis Maximi superioritatem in Concilio latissime tenent Petrus de Monte Episcopus Brixienis in sua Monarchia Conciliorum in rub. de Concilii praerogativa, v. His ita expeditis tunc ingrediendum est illud mare magnum & procellosum, inter tract. communes tom. pag. 75. Andr. Barb. in Clem. n. Romani de elect. ubi ad num. 31. usque ad num. 86. pro superioritate Papae in Concilio adducit octuaginta septem argumenta, Cardin. Alexandrinus in summa 15. dist. ad num. 1. usque ad num. 76. & plenius Card. Jacobab. de Concilio lib. 10. & num. 72.

ad num. 134. & Card. Alban. in tract. de potestate Papae & Concilii per tot.

Et ex Theologis, S. Thom. in Opus. contra errores Graecorum, S. Antonin. in 2. par. sua summa tit. 2. c. 11. Card. Turrecem. in summa de potest. Ecclesiae lib. 2. p. tot. & in c. si Papa 40. dist. ubi num. 2. in hanc sententiam citat Richardum de S. Victore 2. par. de Sacrament. Alber. Magn. & Sanct. Thom. in 4. dist. 19. Alexand. de Ales in 3. Div. Bonaventuram in 4. Petr. de Tarantasia, qui fuit Innocentius III. Richard. de Med. Villa in 4. Petr. de Pal. in tractata suo de potestate Ecclesiastica, & alios plures. Thomas Uvaldis lib. 2. de doctrina fidei & Patrum, & recentius Cardinales Cajetanus, Rossensis, Contarenis, Polus, Olius, Baronius & Bellarminus. Et inferiorum ordinum Cartarius, Echius, Pighius, Joannes Faber, Jacobus Latomus, Coelus, Congregius, Joan. Antron. Delphinus, Petrus a Soto, Alphonius de Castro, Melchior Canus, Raimondus Russus & novissime Nicolaus Sanderus de assidua Monarchia Ecclesiae lib. 7. & alii quamplures, qui ex sacris literis, ex summorum Pontificum decretis, ex antiquis Conciliis, ex sanctis Patribus & Ecclesiae Doctoribus, ex legibus denique publicis & approbatis historici articulum adeo clare explicaverunt, ut de eo nemo amplius dubitare possit, nisi qui per haereticam & schismata renitit subvertens, ac iudicio proprio, ut ait Anobis condemnatus.

Et quamvis in schismate illo Baileensi non deservit qui temere contrarium scripserit, ut in specie Abb. Panor. in sermone quem illic habuit incip. Maximam & in q. sua incipien. Episcopus, Ludovicus Romanus qui pro Concilio ibi erat Advocatus cap. 238. Quaevis est per tot. & conf. 522. & 523. tamen ambo, ut credi possit, conscientia ducti polleat se retraherent: ille lectura hujus decretalis & latus in sua quaestione prima, hic verbis in cap. 354. in princ. v. Et hoc etiam verum. Cuius etiam fundamenta in prioribus consiliis humiliter evertit Turrecem. in d. c. si Papa 40. dist. praeter quam quod Abb. Panor. propria obcecatus passione tuebatur causam suam: nam in schismate fuit creatus Cardinalis a Felice V. Antipapa & eo tantum dicitur se gessisse, quod introducentibus in Concilium multitudinem Presbiterorum ob defectum Episcoporum contra praescriptum sacrorum Canonum & praeteritum c. satis videtur 96. dist. liberrime contradixit, ut teltatur Aeneas Silvius, qui praesens aderat in historia Concilii Baileensis & Card. Bellam. de scripturis Ecclesiasticis. Sed & Card. Zarabell. licet in schismate Urbani VI. multa effuderit in diminutionem Pontificis auctoritatis, in suo tractatu de modo sentiendi schisma 7. 44. & 45. quem posuit post cap. Licet inf. eod. in eo tamen laudatur, quod cum in Concilio Constantiensi publicare const. de autor. Concilii sess. 4. & 5. Legere noluit partem illam, quae est de reformatione captis & membrorum, tanquam subreptitiam, ut teltatur Abb. in praeseg. tr. de potestate Papae, & Concilii par. 2. num. 246.

Interferunt ex praedictis, ut cum appellatio sit de minore ad superiorem iudicem provocatio, l. 1. §. Si quis a iudice, ff. de appell. cap. 2. de consue. lib. 6. a lententia Concilii Generalis possit appellari ad summum Pontificem tanquam Superiorem, sed non e converso, quia esse appellare a Superiore ad inferiorem contra naturam appellationis, textus est in cap. Cuncta per mundum, 9. quasi. 3. & in cap. Qui se fecit, 2. quasi. 6. & notat. Praepol. in Summ. num. 72. ver. Ex determinatione praedicti articuli 15. dist. ubi etiam addit ex Collectar. in cap. Quae multoties, ex reguli. iur. appellari non posse ad Christum a sententia Papae, cum Christi & Papae ejus Vicarii sit idem tribunal, d. cap. 2. de consue. lib. 6. Quinimo appellantes a Romano Pontifice ad futurum Concilium, eorumque Consilium & fautores poene excommunicationis, criminisque laeae Majestatis divinae & humanae subijciuntur a Pio II. constitutione, quae incipit, Execrabilis, edita 1459. 15. Calend. Februarii, & excommunicantur quotannis in die coenae Domini, ut in Bulla Gregorii XIII. Conjuraverunt, 1583. pridie Nonas Aprilis. Quinetiam decernuntur veri & indubiti schismatici, & de Catholica fide male sentientes in constitutione Julii II. incip. Suscepisti regiminiis 1509. calendis Julii Ex qua constitutione sic appellantes in crimen haereticis incidere existimat Card. Alban. de potest. Papae & Concilii par. 2. num. 82.

Nunc ad conclusionem superius firmatam de superioritate Pontificis Maximi in concilio dantur a Doctoribus quatuor limitationes. Prima limitatio est in casu schismatis, cum duo vel plures contendunt de Pontificatu & tunc enim Concilium est iudex competens juxta terminos, c. Si duo 79. dist. & ibi gloss. & DD. not. Card. Zabarel. in c. Licet, infra. eod.

Secunda limitatio est, quando electio Papae non fuit Canonica; Concilium enim cognoscit, cap. Si quis praesens, 79. dist.

63
64
65

Sed adverte, quia predicta non sunt proprie limitationes ad regulam; nam ubi plures certant de Pontificatu, cum non appareat quis vere Pontifex, omnes de occupata dignitate repelluntur; quia paria sunt quid non esse, aut esse, & non apparere. Duo sunt Titii, ff. De testam. tutel. l. In lege fundi, ff. De contrah. emp. Ideoque eo casu non Pontifex Maximus, sed factum potius eligentium judicatur, qui duos ad Pontificatum assumperunt, ut declarat Card. Alban. de potestate Papae & concilii, par. 1. num. 32. & seq. sic etiam ubi electio Pontificis tanquam irrita reprobat, concilium non judicat Pontificem, quia non canonicè electus, ut inquit Bald. in l. fin. C. Sentent. rescin. non poss. non est Deus in terris, sed demon, claves non regni celorum, sed inferni gerens. Nec est Apostolicus, ut dicitur in d. cap. Si quis pecunia, & novissime in constitutione Greg. XV. de electi. Roman. Pontif. que incip. Aeterni Patris Filius. Unde neque eo casu subicitur concilio, ut per Card. Ab. loco proxime cit.

66 Tertia limitatio est in casu heresis, quia concilium est iudex ad prescriptum, cap. Si Papa 40. dist. 1. in vers. Nisi deprehendatur a fide devius, & ibi omnes notant. Et in Summ. 15. dist. & hic in textu. Quod ultimum intellige, dummodo heresis sit formalis, & sic deprehensus nolit se corrigere secundum Hugonem, quem ceteri sequuntur.

Non habenda est ratio glossæ fin. dicentis, Papam posse accusari etiam de alio crimine, si sit notorium, & inde scandalizet Ecclesiam & incorrigibilis sit. Nam illa glossa, quidquid Abb. & Dec. hic dixerint, communiter reprobat, eamque maledictam appellat Petrus de Monte in sua Monarchia conciliorum in rubr. de concilio præminentia, num. 7. vers. Solum, & eam solidissimis rationibus ibi confutat & contrarias glossas adducit Card. Turrecrem. Et S. Antonin. post Augustinum de Ancona & Petrum de Palude, quos refert in 3. par. tit. 20. c. 4. §. 3. Facit quod notat Hostiens. in cap. Proposuit, de concess. præb. ubi ait Papam, si jaceat in peccato, admoneri posse juxta regulam Evangelii, cui subicitur, quantum ad primam partem, dum dicitur, Si peccaverit in te frater tuus, corripue eum, inter te, & ipsum solum, ut legitur in cap. Novit de judic. & in cap. Si peccaverit, 2. qu. 1. in princ. sed quoad aliam partem, Regula, quæ dicit, Quod si non audierit dic. Ecclesie, talia verba in summo Pontifice esse intelligenda de Ecclesia triumphante, quia ipse ab Ecclesia militante judicari non potest.

67 Non conveniunt tamen DD. an hic casus possit contingere ut Apostolicus incidat in crimen heresis, sunt enim qui intrepidè affirmant hunc casum non esse possibilem, ut Albertus Pighius Campanus lib. 4. c. 8. de Ecclesiastic. Hierarch. cujus opinionem probabilem dicit, & rationi consonam Franciscus Pegna in Direct. Inquis. par. 3. lib. 3. schol. 91. ed. quod Christus rogavit pro Papa, ut ejus fides non deficeret, quasi videatur hoc privilegium personale esse; & annexum ei, qui ritè & canonicè ad Pontificatum evectus est.

68 Sed contraria sententia, ut idem Pegna testatur, communi Theologorum & Canonistarum voto recepta est, quam sequitur Turrecrem. in Summ. de Eccles. lib. 2. cap. 112. ad septimum argumentum, Cajetanus in opuscul. de autor. Papæ & concilii Card. Alban. in eod. tract. par. 1. n. 110. & multis seqq. Dominicus Sotus in 4. sent. dist. 22. art. 2. Sylvest. in ver. Papa, quæst. 4. num. 4. Covarr. lib. 4. var. resol. c. 13. & alii relati à Pegna ubi supra; Archid. Bellam. Turrecrem. Prepos. & ceteri Canonistæ in d. cap. Si Papa per illum textum 40. dist.

69 Sed quidquid sit de veritate utriusque opinionis, illud certum est, hunc casum in Ecclesia divina gratie præsidio nunquam hæcenus contigisse, ut fatentur omnes; nam Marcellinus in exemplo, cujus superius meminimus, non fuit hereticus, quia non habuit errorem intellectus, sed tantum metu mortis, & blanditiis Imperatoris adactus una cum ipso Imperatore templum Veitæ ingressus, Jovis simulacro thus adolevit: ac propterea peccavit quidem contra fidei confessionem, ideoque externo actu fidem negasse visus est, verum interiore actu contra fidem nihil credidit, aut docuit. Cujus rei evidentissimum testimonium præbuerunt horribilis poenitentia postea peracta, Pontificatus spontè dimissus, & martirium ob fidem susceptum, ut apud Card. Bellam. lib. 4. de Roman. Pontif. c. 9.

70 Ceterum nec tertia hæc declaratio vitiat regulam initio propositam, quia si Romanus Pontifex in crimen heresis notoriè, & pertinaciter laberetur, delineret esse Pontifex, c. 1. Cum ibi not. 24. quæst. 1. Et heret minor quocumque fidei, ut inquit D. Thomas in 4. dist. 19. & gloss. in d. c. ver. in heresim; ac proinde subisset Concilio non ut Apostolicus, sed ut quilibet privatus. Ita colligitur ex gloss. fin. in d. c. Si Papa 40. dist. 1. vers.

Item numquid possit statuere; ut explicat Cardinalis Turrecrem. in Summ. de Eccles. lib. 2. cap. 102. & Cardin. Alban. de Potest. Papæ, & Concilii par. 1. numer. 6. & seqq. qui propterea in prem. operis num. 7. & seqq. firmat nullum casum reperiri, in quo verè dicit Concilium habere auctoritatem in eum, qui certus sit Pontifex. Addo Card. Bellam. in c. In Synodo num. 6. vers. Tertius casus, & num. 27. in fin. 63. dist. ubi ait, propriè loquendo Concilium Generale non posse Papam verum deponere, licet ejus errorem possit declarare. Aut enim Papa est verus hereticus, puta pertinax, & incorrigibilis in heresi jam damnata. Et tunc jam depositus est, d. c. 1. quæst. 1. & sic deponi non potest, quia non potest exui jam nudatus, cap. Fregimus de restit. spoliat. lib. 6. Aus non est verus hereticus; & tunc non potest judicari à quocumque, ut in c. Si Papa 40. dist. & in c. Nemo 9. quæst. 3. cum siml. Hoc Bellam. licet Card. Cajet. de potest. Papæ; & Concilii c. 22. late defendat Papam hereticum, quamvis amiserit fidem etiam informem; & quia tamen propter characterem Baptismi retinet Sacramentum fidei, non delinere esse membrum Christi: & propterea non esse jure divino à Pontificatu depositum.

71 Quarta & ultima limitatio est, cum summus Pontifex spontè se subicit Concilio, gloss. 1. in c. 1. 9. quæst. 3. Gloss. Hugo, Joan. de Fan. & Gemin. in c. Nos si incompetenter per illum textum 2. quæst. 7. Generale enim est, ut major judicari possit à minore, si ultro se illi submittat, l. Et hereticus, ff. De jurisdic. om. judic. gloss. 1. in c. cum inferior inf. de Major. & obediens.

Verùm hanc limitationem communiter refulent juris interpretes, teste Card. Alban. in præalleg. tract. par. 1. n. 104. Quoniam cum Pontificia potestas à Deo sit, c. 1. 22. dist. Romani Antistites huic privilegio renunciare, aut Pontificiæ majestati quidquam detractare non possunt, Joan. Andr. in c. Ecclesia S. Marie num. 5. Ille verò qui est super omne forum, de constit. quem ibi sequuntur Anton. de Butr. Imol. Abb. & alii relati à Felin. num. 5. Eisdem sententia est Archid. in d. c. Nos si incompetenter; Rom. in singul. 134. Jas. post Alex. in d. l. Est receptum, & Bellam. in c. In Synodo num. 6. 63. dist. ubi reddit rationem, quia nullus potest judicare summum Pontificem, nisi esset illius Superior, 21. dist. per tot. Ut autem aliquis mortalium possit esse major Papa, vel ejus Superior, non potest facere, nisi solus Deus.

Cujus assertionis veritas satis etiam comprobatur exemplo Marcellini paulo ante relato. Nam etsi in Concilio confertus cinere voce clara clamasset, dicens: Peccavi coram vobis, &c. atque ita se quodammodo suppositisset judicio Synodi, tamen eum judicare ausus est nemo, ea ratione, quia prima Sedes à nemine judicatur. Idemque apertius colligitur ex §. Hinc etiam 17. dist. ubi Synodus congregata contra Symmachum auctoritate Theodorici regis, duo objiciebat eidem Theodorico. Primum, quod Concilium absque jussu auctoritatis Pontificis congregari non possent secundum, quod prima Sedes Antistes inferiorum judicio non subiceret; quasi diceret, etiam Concilium præcedente Apostolica auctoritate convocaretur; & nobis tamen, qui inferiores sumus, contra Pontificem maximum ferre sententiam non liceret. Unde quamvis primum obiectum postea sublatum esset, accedente demum Symmachi auctoritate: tamen quia superaret secundum quod minori fas non esset in Superiorem jus dicere, Episcopi non sunt ausi in eum proferre sententiam, sed dixerunt: Symmachus Papa Sedis Apostolicæ Præsul ab hujusmodi oppositionibus impeditus, quantum ad homines respicit, sit immunis ac liber, cujus causam totam Dei judicio referamus. Non alia quippè ratione Patres Symmachum, & Papam, & geminando ipsius dignitatem etiam Sedis Apostolicæ Præsulem, & se homines esse memorarunt, nisi ut ostenderent hominibus in eum, qui supra homines est & qui Dei vices gerit, jus dicere non licere. Nec refert, ut inquit Romanus, conf. 533. quod Symmachus fuerit à Synodo absolutus non ex defectu jurisdictionis; sed quia non fuit reperiendus culpabilis. Imò enim Concilium non tam persone innocentiæ, quam dignitatis amplitudinem consideravit. Et propterea in resolutione non fuit usum verbo absolutivum & liberamus, ut mos est judicium in sententia absolutivorum, l. 3. c. de sentent. & interloc. om. judic. Sed dixerunt: ipse, qui est Papa & Apostolicæ Sedis Præsul, quantum ad homines respicit, sit immunis ac liber, perinde ac si dixissent: non sit liber, quia eum nostra sententia liberamus; neque sit immunis, quia eum nostra auctoritate absolvimus; sed quia ipse est Papa, & Apostolicæ Sedis Præsul; nos verò homines sumus, quibus non licet de eo sententiam ferre; Nemo enim qui condemnare non potest, absolvere potest, l. Nemo, §. De regal. jur. atque ita hunc locum fassus explicat Card. Alban. de potest. Papæ, & Concilii par. 1. n. 105. ubi etiam responderet ad oppositionem Romani,

de text. in c. Nos si incompetenter, §. Item Symmachus 2. quæst. 7.

74 Denique hoc ipsum adhuc clarius probatur in c. Nunc autem 21. dist. Nam in ea parte, in qua adducit exemplum Sixti, hic Canon loquitur de Concilio, quod Valentini Augusti jussu convenerat. Cui quidem Concilio Sixtus à Ballo, & Mariniano accusatus se spontè subjecerat, ut ait textus in d. c. Nunc autem, dicit eum à Concilio tanquam ab inferiori judicari non potuisse; atque ita ipsum Concilium declarasse. Ergo ibi est text. irrefragabilis, juncto d. c. Mandastis, probans Pontificem Maximum etiam volentem à Concilio judicari non posse. Processus, & acta accusationis Sixti III. habentur tom. 1. Concil. General. & Provinc. par. 2. pag. 488. Et ejus spontanea submissio judici Sinodi pag. seqq. c. 4. & 5.

75 Non obstat text. in d. c. Nos si incompetenter 2. qu. 7. ubi Leo Papa subjecit se judicio Ludovici Imperatoris: nam judicium ibi ponitur per discretionem, secundum Joan. Andr. in d. c. Ecclesia S. Marie num. 5. de constit. & post eum Butr. Imol. & Abb. Ut enim inquit Cardin. in c. Significasti, vers. Oppono num. 5. de foro compet. relatu à Felin. in d. c. Ecclesia S. Marie num. 5. Papa ibi ex humilitate se subicit Imperatori, ut acciperet correctionem tanquam monitionem, non quia judicem suum Imperatorem constituerit.

76 Item non obstat text. in d. l. Est receptum, ff. De jurisdic. om. judic. ubi iudex major potest se subicere minori, vel equali in jurisdictione contentiosa. Nam, ut respondent Imol. & Felin. in d. c. Ecclesia S. Marie, Superior ibi potest prorogare jurisdictionem inferioris & non dicitur tunc minor judicare maiorem, quia prorogatio facit de majore majorem, & e converso, quod non est hoc casus; quia ut aliquis mortalium sit major Apostolicus, non potest facere nisi solus Deus, ut dictum est supra. Et inde fit, ut cum exemptio Clericorum à seculari potestate fit de jure divino, cap. Si Imperator, & ibi gloss. in ver. Et dicitur 96. dist. Imoc. in c. 2. de major. & obed. Clericus

judici laico se subicere, aut illius jurisdictionem prorogare non possit, cap. Si diligenti, & c. Significasti infra de foro compet. & notant Jo. Andr. & DD. in d. c. Ecclesia S. Marie. Imò nec Episcopo potest Clericus se subicere, aut illius jurisdictionem prorogare sine proprii Episcopi licentia. Casus est in d. c. Significasti, ubi gloss. lin. & DD. communiter notant Clericum in non suum judicem etiam Ecclesiasticum sine consensu expresso sui Episcopi consentire non posse. Ad idem textus in c. Non licet 4. qu. 6. & c. 1. 9. qu. 2. Idque non alia ratione, nisi quia ex consequenti obest juri, ac favori Episcopi proprii, secundum Abb. in d. c. Significasti num. 9. Et quia sic potest evacuari jurisdictionis Episcoporum, si omnes consentirent in judicem non suum, ut dicit gloss. in d. c. Non licet in ver. Expectare. Et similiter Regularæ Sedis Apostolicæ immediate subiecti privilegio exemptionis nec tacite, nec expressè possunt renunciare, aut jurisdictioni alicujus Episcopi se subicere, ut est text. in c. Cum tempore inf. de arbit. in c. 2. de in integr. restit. & in c. Cum tempore inf. de privit. Et superioribus annis respondit S. Congregatio Concilii in causa Sinodi Cracoviensis, ut dixi late in cap. quod super his de major. & obed. Idque propter eandem rationem, quia favori suo renunciare non possunt in præjudicium juris Sedis Apostolicæ, ut in dictis c. 2. & c. Cum tempore, & consultius Paul. de Cautr. conf. 432. Videtur dicendum n. 3. & seqq. lib. 1. Ludovicus Romanus, conf. 369. Circa primum n. 19. Ergo longe minus licet Romano Pontifici se subicere judicio Synodi, atque ita renunciare privilegio exemptionis à potestate omnium mortalium sibi divinitus collato, ut per Felin. loco supracit. & Turrecrem. in summa de Eccles. lib. 2. cap. 109. Et confert quod notat idem Turrecrem. in eadem summa de Eccles. seu in tract. de potestate Papæ cap. 25. relatu ubi supra à Felino sub nomine Cardinalis S. Sixti, ubi ait Summum Pontificem non posse alteri committere, ut ipsum excommunicet ex D. Thom. in 4. sentent. distinction. 19. quæst. 1. artic. 3. quæst. 3.

DE ELECTIONE

Alexander III. in Concilio Lateranen.

CAPUT VI.

77 Licet de vitanda discordia in electione Romani Pontificis, manifesta satis à prædecessoribus nostris constituta manaverint; quia tamen sæpè post illa, per improbæ ambitionis, audaciam gravem passa est Ecclesia scissuram; nos etiam ad malum hoc evitandum, de consilio fratrum nostrorum & sacri approbatione Concilii aliquid decrevimus adjungendum. Statuimus ergò, ut si fortè (inimico homine supereminante zizania) inter Cardinales, de substituendo summo Pontifice non poterit esse plena concordia, & duabus partibus concordantibus, pars tertia concordare noluierit, aut sibi alium præsumpserit nominare, ille absque ulla exceptione ab universali Ecclesia Romanus Pontifex habeatur, qui à duabus partibus concordantibus electus fuerit & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confisus, (quia de ratione esse non potest) sibi nomen Episcopi usurpaverit, tam ipse, quam ii, qui eum receperint, excommunicationi subiaceant, & totius sacri ordinis privatione mulctentur: ita ut viatici etiam eis (nisi tantum in ultimis) communio denegetur; & si non respuerint, cum Dathan & Abiron (quos terra vivos absorbit) accipiant portionem. Præterea si à paucioribus, quam à duabus partibus aliquis electus fuerit ad Apostolatûs officium: nisi major concordia intercesserit, nullatenus assumatur, & prædictæ pœnæ subiaceat, si humiliter noluerit ablinere. Ex hoc tamen nullum Canonicis constitutionibus, & aliis Ecclesiis præjudicium generetur; in quibus debet majoris, & sanioris partis sententia prævalere; quia quod in eis in dubium venerit, superioris poterit judicio definiri. In Romana verò Ecclesia speciale aliquid constituitur: quia non poterit ad superiorem recursum habere.